
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65



constat mihi · 4 · ff

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65



Willems 212
KW
224E65

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

1294.

ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ
τῆς
ΒΕΛΓΙΚΗΣ
ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ
καὶ
ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ.

Hoc eſt:

ECCLESIARVM
BELGICARVM
CONFESSIO,

interprete IACOBO REVIO:

&

CATECHESIS

Quæ in Eccleſijs & Scholis Belgicarum provinciarum traditur;

Interprete FR. SYLBVRGIO.

G. Schotanus. 1664 Symb. Bibl. Univ. Gron.

LVGD. BATAVORVM,
Ex Officinâ ELZEVIRIANA. 1623.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Typographus Lectori S.

IVventuti Chriſtianæ ut unà cum bonis literis ipſa pietatis & doctrinæ ſincerioris elementa ſimul inſtillentur, nemo eſt qui non intelligat quantopere Reipublicæ Chriſtianæ interſit. Huic fini doctiſſimus & Græcarum literarum periti ſſimus D. FRIDERICVS SYLBVRGIVS *Catecheſin Palatinam in Linguam Græcam olim transfudit. Cum autem diſtractis exemplaribus verſio hæc in Scholarum, imprimis Belgicarum, uſum denuo nobis typis eſſet deſcribenda, operæ nos pretium facturos arbitrati*

 ſumus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ſumus, ſi eidem quoque Confeſſionis Eccleſiarum Belgicarum verſionem Græcam adjungeremus. Hac in parte doctiſſimus vir D. IACOBVS REVIVS, *Eccleſiæ Daventrienſis paſtor, pro ſingulari ſuo erga Eccleſias & Scholas ſtudio, operam ſuam haud gravate commodavit, & Confeſſionem hanc in Synodo Dordrechtana nuper recognitam in ſermonem Græcum convertit. Tu, Lector benigne, fruere, & vale.*

ΕΚΚΛΗ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ
τῆς
ΒΕΛΓΙΚΗΣ
ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ECCLESIARVM BELGICARVM

Chriſtiana atque Orthodoxa CONFESSIO,

Summam doctrinæ de Deo, & æterna animarum ſalute, complectens.

ART. I.

COrde credimus, & ore confitemur omnes, unicam eſſe & ſimplicem eſſentiam ſpiritualem, quam Deum vocamus; eumque æternum, incomprehenſilem, inviſibilem, immutabilem, infinitum, omnipotentem, ſummè ſapientem, juſtum, & bonum, omniumque bonorum fontem uberrimum.

II.

Duobus autem modis eum cognoſcimus: primo, per creationem, conſervationem, atque totius mundi gubernationem:

nem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ἘΚΚΛΗΣΙΩΝ

τῆς

ΒΕΛΓΙΚΗ͂Σ

Χριστιανικὴ καὶ ὀρθόδοξος

ἘΞΟΜΟΛΌΓΗΣΙΣ,

Περιέχουσα ὑποτύπωσιν τῆς διδαχῆς περί τε Θεοῦ καὶ τῆς αἰωνίου τῶν ψυχῶν σωτηρίας.

ΚΕΦ. Α΄.

Πιστεύομεν πάντες τῇ καρδίᾳ, καὶ στόματι ὁμολογοῦμεν μίαν εἶναι καὶ ἁπλουστάτην οὐσίαν πνευματικήν, ἣν λέγομεν Θεόν, ἀΐδιον, ἀκατάληπτον, ἀόρατον, ἀμετάβλητον, ἀπέραντον, παντοδύναμον, ὁλοτελεῖ σοφίᾳ, δικαιοσύνῃ, χρηστότητι, καὶ ἀέναον πηγὴν πάντων ἀγαθῶν.

Β΄.

Ἐπιγινώσκομεν αὐτὸν κατὰ δύο τρόπους· πρῶτον μὲν ἀπὸ κτίσεως καὶ διατάξεως, ἔτι τε καὶ κυβερνήσεως κόσμου, ὅς ἐστι

nem: quandoquidem is, coram oculis noſtris eſt, inſtar libri pulcherrimi, in quo creaturæ omnes, magnæ minoreſque, loco characterum ſunt, qui nobis Dei inviſibilia contemplanda exhibent; æternam nempe ejus potentiam & divinitatem, ut Paulus Apoſtolus loquitur, Rom. 1. 20. Quæ omnia ad convincendos, & inexcuſabiles reddendos homines, ſufficiunt: Secundò, ipſe ſeſe nobis longè manifeſtius & plenius in ſacro & divino ſuo Verbo cognoſcendum præbet, quantum quidem id, ad gloriam ipſius, noſtramque in hac vita ſalutem neceſſarium eſt.

III.

Confitemur, hoc Dei verbum, non humana voluntate allatum, traditumque fuiſſe; ſed ſanctos Dei viros divino afflatos Spiritu, locutos eſſe, ut beatns Petrus ait. Poſtea verò Deus, pro ſingulari cura, quam de nobis noſtraque ſalute gerit, ſervis ſuis Prophetis & Apoſtolis mandavit, ut ſua illa oracula ſcriptis conſignarent. Quin & ipſe, duas tabulas legis, digito ſuo exaravit. Atque hanc ob cauſam, ſcripta huiuſmodi, Sacras & Divinas Scripturas appellamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

πρὸ ἡμετέρων ὀφθαλμῶν ὡσπερανεὶ βίβλος κοσμία, καὶ τὰ ποιήματα μεγάλα τε καὶ μικρὰ γραμμάτων δίκην φανερούντων ἡμῖν τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ, τήν τε ἀΐδιον αὐτοῦ δύναμιν, καὶ Θειότητα, καθά φησι Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους α΄. καὶ ταῦτα δὴ σύμπαντα ἀρκεῖ πρὸς τὸ τοὺς ἀνθρώπους ἐλέγξειν καὶ ἀναπολογήτους καταστῆσαι. δεύτερον δὲ ἔτι σαφέστερον καὶ τελειότερον ἑαυτὸν ἡμῖν δηλοῖ ὁ Θεὸς δι' ἁγίου αὐτοῦ καὶ Θείου λόγου, ἐφ' ὅσον δηλαδὴ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἐπιτήδειόν ἐστιν, αὐτῷ πρὸς δόξαν, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ πρὸς σωτηρίαν.

Γ΄.

Ὁμολογοῦμεν ὅτι οὐ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ λόγος Θεοῦ, ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Πέτρος φησίν. ὕστερον ὁ Θεὸς διαφερόντως ἡμῶν καὶ τῆς ἡμετέρας φροντίζων σωτηρίας, τοὺς αὐτοῦ δούλους προφήτας τε καὶ ἀποστόλους ἐκέλευσε τὸν φανερωθέντα ἑαυτοῦ λόγον ἐγγράφως παραδῶσιν. καὶ αὐτὸς δὲ τῷ αὐτοῦ δακτύλῳ ἔγραψε τὰς δύο νόμου πλακάς. ἀνθ' ὧν τάσδε τὰς γραφὰς ἁγίας καὶ Θείας προσαγορεύομεν.

IV.

Sacram autem Scripturam, duobus voluminibus, Veteris nimirum & Novi Teſtamenti, complectimur: qui ſunt libri Canonici, quibus nihil opponi poteſt. Eorum in Dei Eccleſia hic eſt Catalogus. Veteris quidem Teſtamenti, Quinque Libri Moyſis; nempe, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Liber Ioſuæ, Iudicum, Ruth, duo Libri Samuelis, & duo Regum, duo Libri Chronicorum, qui Paralipomenon dicuntur; primus Eſdræ, Nehemias, Eſther. Item, Iob, Pſalmi Davidis, Tres libri Salomonis; videlicet Proverbia, Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum: Quatuor Prophetæ Majores, Eſaias, Ieremias, cum ejuſdem Threnis, Ezechiel & Daniel: inde reliqui duodecim Minores Prophetæ; nempe, Oſeas Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Habacuc, Zophonias, Aggæus, Zacharias & Malachias. Novi vero Teſtamenti; Quatuor Euangeliſtæ; Sanctus ſcilicet Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes; Acta Apoſtolorum: Quatuordecim Epiſtolæ S. Pauli, quæ ſunt, ad Romanos, ad Corinthios duæ, Galatas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Timo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Δ΄.

Περιλαμβάνομεν τὴν θείαν γραφὴν τοῖς δύο συστήμασι βιβλίων Κανονικῶν καὶ ἀναντιλέκτων, παλαιᾶς δηλαδὴ καὶ νέας διαθήκης, ὧν οὗτος καθεστάτη ἐν τῇ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ὁ ἔλεγχος καὶ τάξις· πεντάτευχος, ἤγουν Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον. Ἰησοῦς Ναυῆ, Κριταὶ, Ῥοὺθ, δύο τοῦ Σαμουὴλ, δύο Βασιλειῶν, δύο Χρονικῶν, ἐπίκλην Παραλειπομένων, Ἔσδρου πρῶτον, Νεεμίας, Ἐσθὴρ, Ἰώβ. Ψαλτήριον Δαβίδ, Σολομῶντος τρία, Παροιμίαι, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα ἀσμάτων. προφῆται μείζονες τέτταρες· Ἡσαΐας Ἰερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, Δανιὴλ, καὶ μετὰ τούτων οἱ λοιποὶ δώδεκα ἐλάττονες. Ὠσηὲ, Ἰωὴλ, Ἀμὼς, Ἀβδιοὺ, Ἰωνᾶς, Μιχαίας, Ναοὺμ, Ἀββακοὺμ, Σοφονίας, Ἀγγαῖος, Ζαχαρίας, Μαλαχίας. καινῆς δὲ διαθήκης· Εὐαγγελισταὶ τέτταρες· ἅγιος Ματθαῖος, ἅγ. Μάρκος, ἅγ. Λουκᾶς, ἅγ. Ἰωάννης. πράξεις τῶν ἀποστόλων, τεσσαρεσκαίδεκα Ἐπιστολαὶ ἁγίου Παύλου· ἡ πρὸς Ῥωμαίους, δύο πρὸς Κορινθίους, πρὸς Γαλάτας, πρὸς Ἐφεσίους, πρὸς Φιλιππησίους, πρὸς Κολοσσαεῖς· δύο πρὸς Θεσσαλονικεῖς, δύο πρὸς

Timotheum duæ; ad Titum, Philemonem, Hebræos: & ſeptem epiſtolæ reliquorum Apoſtolorum; nempe Iacobi, Petri duæ, Iohannis tres. Iudæ: Apocalypſis denique S. Iohannis Apoſtoli.

V.

Hoſce omnes libros ſolos pro Sacris & Canonicis recipimus, ut ad eos, veluti ad regulam, fides noſtra exigatur: iiſque tanquam fundamento, innitatur, & ſtabiliatur. Eaque omnia, quæ illis continentur, abſque omni dubitatione credimus: idque non tam, quod Eccleſia eos pro hujuſmodi recipiat & approbet, quam inprimis, quod Spiritus Sanctus in cordibus noſtris teſtetur à Deo profectos eſſe, comprobationemque ejus in ſe ipſis habeant: quum vel ipſi cæci ea, quæ in illis prædicta fuerunt, evenire, ipſo quaſi contactu deprehendant.

VI.

Differentiam porro conſtituimus inter libros hoſce Sacros, & Apocryphos; qui ſunt, Tertius & Quartus Eſdræ: Libri Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici; Baruch cum epiſtola Ieremiæ, adjectiones ad Eſtherem, Canticum in fornace

Τιμόθεον, πρὸς Τίτον, πρὸς Φιλήμονα, πρὸς Ἑβραίους. τῶν τε ἄλλων ἀποστόλων ἑπτά· ἡ Ἰακώβου, δύο Πέτρου, τρεῖς Ἰωάννου, ἡ Ἰούδα. καὶ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου.

Ε´.

Πάντα καὶ μόνα τὰ εἰρημένα βιβλία ὡς ἀβέβηλα καὶ Κανονικὰ πάσης ἀποδοχῆς ἀξιοῦμεν, εἰς τὸ τὴν ἡμῶν πίστιν κατὰ ταῦτα κυβερνᾶσθαι, ἐν τούτοις θεμελιοῦσθαι, ἐκ τούτων βεβαιοῦσθαι, καὶ πάντα τὰ τούτοις περιεχόμενα ἀδιστάκτως πιστεύομεν· οὐχ ὅλως διὰ τὸ ὑπὸ Ἐκκλησίας αὐτὰ δεδοκιμασμένα τοιαύτης προτιμίας τετυχέναι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ μαρτυρεῖν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὡς θεόπνευστά ἐστιν, ὁμοίως τε διὰ τὸ ἔχειν αὐτὰ παρ᾽ αὐτοῖς τὴν αὐτομαρτυρίαν, ἐπειδήπερ καὶ τυφλοῖς πρόδηλον ὡς τὰ ἐν αὐτοῖς προφητευόμενα ἅπαντα πέρας λαμβάνει.

Ϛ´.

Χωρίζομεν τάσδε τὰς ἁγίας βίβλους ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀποκρύφων, ὧν οὗτος ὁ ἔλεγχος· Ἔσδρα τρίτη καὶ τετάρτη, Τωβίτ, Ἰουδήθ, Σοφία ἐπίκλην Σολομῶντος, Σοφία Σειράχ, Βαρούχ, τὰ τῇ Ἐσθὴρ ἱστορίᾳ προστεθειμένα Ὠδὴ τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυ-

nace trium puerorum, Hiſtoria Suſannæ, Idoli Belis, & Draconis: Oratio Manaſſis, duo præterea libri Machabæorum: quos quidem Eccleſia legere, & ex ijs documenta de rebus cum libris Canonicis conſentientibus, deſumere poteſt. At nequaquam ea ipſorum vis & autoritas eſt, ut ex ullo teſtimonio ipſorum aliquod dogma de fide aut Religione Chriſtiana, certò conſtitui poſſit: tantum abeſt, ut divinorum illorum librorum autoritatem imminuere valeant.

VII.

Credimus Sacram hanc Scripturam, Dei voluntatem perfectè complecti, & quodcunque ab hominibus, ut ſalutem conſequantur, credi neceſſe eſt, in illa ſufficienter edoceri. Nam quum illic omnis divini cultus ratio, quem Deus à nobis exigit, fuſiſſime deſcripta ſit, nulli hominum, ne Apoſtolis quidem, fas eſt aliter docere, quam jampridem in Sacris Literis edocti ſumus; imo vero, etiamſi è cœlo Angelus foret, ut ait Apoſtolus Paulus. Quum enim vetitum ſit, nequis Dei verbo quicquam addat aut detrahat, ſatis eo ipſo demonſtratur, doctrinam illius perfectiſſimam omnibuſque modis conſummatam eſſe. Sed nec

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ρὸς, Σωσάννης ἱστορία, περὶ τῆς Βὴλ καὶ δρά-
κοντος, προσευχὴ τοῦ Μανασσῆ, καὶ δύο
λόγοι Μακκαβαίων. καὶ ταύτας τὰς βίβλους
ἔξεστι μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναγινώσκειν καὶ εἰς
διδασκαλίαν παραδέχεσθαι ἐφ' ὅσον ταῖς
Κανονικαῖς γραφαῖς ἁρμόζουσαι τυγχάνου-
σι, πλὴν πολὺ ἀπολείπουσι τοῦ δόγμα τι ἢ
μέρος τῆς Χριστιανικῆς πίστεως δι' αὐτῶν
στηρίζεσθαι, μὴ ὅτιγε τῶν ἑτέρων θεοπνεύ-
στων οὐσῶν τὸ ἀξιόπιστον μειῶσαι οἷαί τ' ὦσι.

Ζʹ.

Πιστεύομεν ταύτην τὴν ἁγίαν γραφὴν
τὸ Θεοῦ θέλημα τελείως περιέχειν, καὶ ὅσα ὁ
ἄνθρωπος ὀφείλει πιστεύειν, ὅπως σωθῇ, ἱκα-
νῶς ἐν αὐτῇ διδάσκεσθαι. ἐπεὶ γὰρ ὁ τρόπος
λατρείας, ἧς ἡμῖν ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς, διεξο-
δικῶς αὐτόθι συγγέγραπται, οὐκ ἔξεστιν ἀν-
θρώποις κἂν ἀπόστολοι ὦσι διάφορόν τι δι-
δάσκειν τῶν δι' ἁγίας γραφῆς διδασκομέ-
νων. ἀλλάτε, τοῦ ἁγίου Παύλου λέγοντος,
οὐδὲ κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ ὑπῆρξεν. ἐκ τοῦ
γὰρ κωλῦσαι τὸν Θεὸν τῷ ἑαυτοῦ ῥήματι
ὅλως οὐδὲ ἐπιθεῖναι οὐδὲν οὐδὲ ἀφελεῖν, κα-
ταμαθεῖν ἐστιν ὡς ἐκ παντὸς τρόπου αὐτο-
τελὴς αὕτη ἡ διδαχή· ἔτι δὲ οὔτε ἀνθρώπων

συγ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

cum divinis ijſdem ſcripturis, ulla hominum, quantavis ſanctitate præditorum ſcripta, neque ulla conſuetudo, cum divina veritate. (veritas enim rebus omnibus antecellit) neque multitudo, neque antiquitas, neque temporum, perſonarumque Succeſſio, neque Concilia, Decreta, aut Statuta, comparari poſſunt. Omnes enim homines mendaces ex ſeipſis ſunt, ipſaque vanitate vaniores. Idcirco, toto animo rejicimus quicquid cum certiſſima hac regula non convenit, quemadmodum edocti ab Apoſtolis ſumus, cum dicunt, Probate Spiritus an ex Deo ſint. Item, Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non adfert, ne recipite eum in domum veſtram.

VIII.

Secundum hanc veritatem & Dei verbum credimus, in unum Deum, qui eſt unica eſſentia, in qua tres ſunt perſonæ, incommunicabilibus proprietatibus ab æterno revera ac reipſa diſtinctæ; nempe Pater, Filius & Spiritus S. Pater, omnium rerum tam viſibilium quam inviſibilium cauſſa, origo atque principium eſt: Filius eſt verbum, ſapientia, & imago Patris: Spiritus S. virtus & potentia æterna,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

συγγράμματα κἂν ἁγιότητι διαφερόντων, οὔτε συνήθειαν, οὔτε πλῆθος κἂν ᾖ μέγιστον, οὔτε ἀρχαιότητα, οὔτε χρόνων ἢ καὶ καθηγητῶν διαδοχήν, οὔτε συνόδους, οὔτε ἐντάλματα, οὔτε δόγματα ταῖς Θείαις γραφαῖς καὶ τῇ πάντα ὑπερβαλλούσῃ Θεοῦ ἀληθείᾳ ἐξισάζειν θέμις ἐστί. ψεῦδεις γὰρ φύσει πάντες οἱ υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου καὶ ματαιότης ματαιοτήτων. ὧν ἕνεκα ὁλοψύχως ἀποδοκιμάζομεν ὅ, τι οὖν τούτῳ τῷ κανόνι ἀπλανεῖ οὐχ ἁρμόττον, ἁλίσκεται, καθὼς οἱ ἀπόστολοι ἡμᾶς ἐδίδαξαν, εἰπόντες· δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ Θεοῦ ἐστιν. καὶ αὖθις· εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν.

Η'.

Ἀκολούθως ταύτῃ τῇ ἀληθείᾳ καὶ Θείῳ λόγῳ πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεόν, ὃς ἐστι μία καὶ μόνη οὐσία ἐν ᾗ ὑπάρχουσι τρεῖς ὑποστάσεις ἀληθῶς, καὶ τῷ ὄντι, καὶ πρὸ αἰώνων χωριζόμεναι ἀπ' ἀλλήλων κατὰ τὰς ἀκοινωνήτους ἑαυτῶν ἰδιότητας, ἀμέλει τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. τὸν μὲν πατέρα ἀρχὴν καὶ γενέτορα πάντων εἴτε ὁρατῶν εἴτε ἀοράτων. τὸν δὲ υἱὸν λόγον, σοφίαν, καὶ χαρακτῆρα τοῦ πατρός· τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα τὴν ἐκ πατρός τε

καὶ

æterna, à Patre Filioque procedens. Verum tamen hæc diſtinctio non efficit, ut Deus in tres ſit diviſus; quandoquidem Scriptura nos docet, Patrem, Filium & Spiritum S. ſingulos diſtinctam habere ſuis proprietatibus hypoſtaſin. Ita tamen, ut tres hæ Perſonæ, tantum ſint unus & ſolus ille Deus. Manifeſtum itaque eſt, Patrem non eſſe Filium, neque Filium eſſe Patrem; ſimiliter, Spiritum S. nec Patrem neque Filium eſſe. Interim Perſonæ illæ, ita diſtinctæ, non ſunt diviſæ; neque inter ſe confuſæ aut permixtæ. Non enim Pater carnem aſſumpſit, ut nec Spiritus S. ſed ſolus Filius. Pater nunquam ſine Filio ſuo, nec ſine Spiritu ſuo Sancto fuit. Quia tres hi in una eademque eſſentia, æternitate ſunt æquales. Nihil hic prius eſt aut poſterius, quum omnes tres unum ſint, tum veritate & potentia, tum bonitate & miſericordia.

IX.

Hæc vero omnia cognoſcimus, tam ex S. Scripturæ teſtimonijs, quam ipſarum Perſonarum effectis; ijſque potiſſimum, quæ in nobiſmet ipſis percipimus. Et ſacræ quidem Scripturæ teſtimonia, quæ nos docent Sanctam hanc Trinitatem credere, in compluribus Veteris

καὶ υἱοῦ ἐκπορευομένην ἀΐδιον δύναμιν. οὐ γέ-
μην διασπᾶται διὰ ταύτης τῆς διαστολῆς εἰς
τρία μέρη τὸ Θεῖον. διδάσκει γὰρ ἡμᾶς ἡ ἁγία
γραφὴ ὡς ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦ-
μα ἰδίαν μὲν ἕκαστοι ὑπόστασιν τοῖς οἰκείοις
γνωρίσμασι διακεκριμένην ἔχουσιν, ὅμως δὲ
αἱ τρεῖς αὗται ὑποστάσεις ὁ εἷς καὶ μόνος
ὑπάρχουσι Θεός. Δῆλον οὖν ὡς οὐδὲ ὁ πατὴρ
ὁ υἱός ἐστιν, οὐδὲ ὁ υἱὸς ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸ ἅγιον
πνεῦμα τὸ ἕτερον τῶν εἰρημένων προσώπων,
ἀδιαιρέτως δὲ αἱ ὑποστάσεις ἅμα καὶ ἀσυγ-
χύτως διαφέρουσι. μόνος γὰρ ὁ υἱὸς τὴν σάρκα
ἔλαβεν, ἀλλ' οὐχ ὁ πατὴρ οὐδὲ τὸ ἅγιον πνεῦ-
μα. ὁ πατὴρ οὐδέποτε ὑπέστη χωρὶς τοῦ υἱοῦ καὶ
τοῦ ἁγίου πνεύματος. συναΐδιοι γὰρ οἱ τρεῖς
καὶ ὁμοούσιοι. κἀν ταύτῃ τῇ τριάδι οὐδὲν πρό-
τερον ἢ ὕστερον, οἱ γὰρ τρεῖς ἕν εἰσι τήν τε ἀλήθειαν
καὶ δύναμιν καὶ χρηστότητα καὶ εὐσπλαγχνίαν.

Θ'.

Σαφηνίζουσιν ἡμῖν τῶν λεχθέντων τἀληθὲς
αἵτε τῆς ἁγίας γραφῆς μαρτυρίαι καὶ δὴ καὶ αὐ-
τῶν τῶν ὑποστάσεων ἐργασίαι, μάλιστα ὧν ἐν
ἡμῖν αὐτοῖς αἰσθανόμεν. μαρτυρίας μὲν τῆς
παναγίας τριάδος πίστιν ἡμῖν ἀσφαλιζούσας
ἡ παλαιὰ διαθήκη ἀφθόνως χορηγεῖ, ὧν οὐχ
οὕτως λυσιτελήσει περὶ τὸ πλῆθος σπουδάζειν

ὡς

teris Teſtamentis locis extant ; quæ non
tam numeranda , quam ſeligenda diſcer-
nendaque ſunt . Libro Geneſeos dicit
Deus , Faciamus hominem ad imagi-
nem noſtram , & ſecundum ſimilitudi-
nem noſtram , &c. Deus itaque creavit
hominem ad imaginem ſuam : marem
& fœminam creavit eos . Item , Ecce
Adam factus eſt , tanquam unus è no-
bis. Ex eo quod ait , faciamus homi-
nem ad imaginem noſtram , plures eſſe
in Deitate Perſonas apparet : Cum vero
inquit , Deus creavit , unitatem indicat.
Verum id quidem eſt , ibidem non ex-
primi quot ſint perſonæ , ſed quod no-
bis in Teſtamento Veteri paulo eſt ob-
ſcurius , id perſpicuum eſt admodum
in Novo . Nam quum Dominus noſter
in Iordane baptizaretur , Patris vox au-
dita fuit , dicentis , Hic eſt Filius meus
dilectus : Filius , in aquis viſus eſt: Spi-
ritus Sanctus , ſub ſpecie columbæ ap-
paruit . Quin etiam in omnium fide-
lium Baptiſmo hæc formula à Chriſto
præſcripta fuit , Baptizate omnes gen-
tes in nomine Patris , & Filij , & Spiri-
tus Sancti . In Euangelio S . Lucæ
Angelus Gabriel Mariam matrem Do-
mini noſtri ita alloquitur , Spiritus San-
ctus ſuperveniet in te , & virtus altiſſi-
mi obumbrabit te : propterea id etiam
quod naſcetur ex te Sanctum , Filius
Dei

ὡς ἐκλέγειν τὰ ἐξαίρετα. ἐν γενέσει λέγει ὁ Θεὸς· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον (καθ' ἑαυτοῦ εἰκόνα) κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. καὶ πάλιν· ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. ταῦτα τῶν μὲν ὑποστάσεων πληθυντικά ἐστιν, εἰπόντος Θεοῦ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, ἑνίζει δὲ τὴν οὐσίαν, εἰπόντος· ἐποίησεν ὁ Θεός. ἔνθα ὁ μὲν ἀριθμὸς τῶν Θείων ὑποστάσεων οὐ σαφῶς δηλοῦται, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν ἀσαφές πως ἐν παλαιᾷ διαθήκῃ ἡ νέα ἱκανῶς σαφηνίζει. Βαπτιζομένου γὰρ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἠκούσθη ἡ φωνὴ τοῦ πατρὸς λέγοντος· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς· ὁ δὲ υἱὸς ὤφθη ἐν ὕδατι, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ἐφανερώθη σωματικῷ εἴδει ὡς περιστερά. ἀλλὰ καὶ ἐν πάντων τῶν πιστῶν Βαπτίσματι τοιοῦτόν τινα ὅρον ἔθηκεν ὁ Χριστὸς· Βαπτίζετε πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ τῇ Μαριὰμ ὧδέ πως εἶπε· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. καὶ ὁ Παῦλος· ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ

ἀγάπη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Dei vocabitur. Item, Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti, ſit vobiſcum. Et, Tres ſunt qui teſtificantur in cœlo; Pater, Sermo, & Spiritus Sanctus: atque hi tres unum ſunt. Quibus omnibus locis plenè docemur, tres eſſe in unica Dei eſſentia perſonas. Quamvis autem hæc doctrina, omnem humani ingenij captum longè excedat; nihilominus illam ex Dei verbo nunc quidem credimus; expectamus verò perfectam ejus notitiam fruitionemque in cœlis. Notanda ſunt porro etiam ſingularia trium harum Perſonarum erga nos officia & effecta. Pater vocatur noſter Creator, virtute ſua; Filius noſter eſt Servator & Redemptor, ſanguine ſuo; Spiritus autem Sanctus noſter ſanctiſicator, ſua in cordibus noſtris inhabitatione. Atque hæc Sanctæ Trinitatis doctrina, jam inde ab Apoſtolorum ætate, in hunc uſque diem, in vera Eccleſia ſemper aſſerta & conſervata fuit, adverſus Iudæos, Mahumetanos, atque quoſdam Pſeudo-Chriſtianos, hæreticoſque, utpote Marcionem, Manetem, Praxeam, Sabellium, Samoſatenum, Arrium, & ſimiles alios, qui jure meritoque ab Orthodoxis Patribus, condemnati fuerunt. Idcirco in hoc negotio, luben-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. καὶ ὁ Ἰωάννης· τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. πληροφοροῦσιν ἡμᾶς πᾶσαι αἱ προκεχειρισμέναι γραφαὶ, ὡς ἐν μιᾷ τῆς Θεότητος οὐσίᾳ τρεῖς θεωροῦνται ὑποστάσεις, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν σοφίας οὖσαν ἀνθρωπίνης, οὐδὲν ἧττον ἐν τῷ παραυτίκα κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ πιστεύομεν, τὴν ἐναργεστάτην αὐτῆς ἐπίγνωσιν ἅμα καὶ ἀπόλαυσιν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐσομένην ἀναμένοντες. μετὰ τάδε ἐπινοητέον καὶ τὰς διωρισμένας τάξεις τε καὶ ἐργασίας τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τὰς εἰς ἡμᾶς. ὁ μὲν οὖν πατὴρ ὁ ἡμῶν ποιητὴς ὀνομάζεται, διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ὁ δὲ υἱὸς ὁ ἡμῶν σωτὴρ, δι᾽ αἵματος αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα τὸ ἁγιάζον ἡμᾶς, διὰ τῆς ἐνοικήσεως αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις· αὕτη ἡ περὶ ἁγίας τριάδος διδαχὴ ἀεὶ ἐτηρήθη ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίᾳ ἐκ τοῦ τῶν ἀποστόλων χρόνου μέχρι τοῦ νῦν, κατὰ Ἰουδαίων, Μαωμετιστῶν, καί τινων ψευδοχριστιανῶν καὶ αἱρετικῶν, ἀμέλει Μαρκίωνος, Μανέος, Πραξέου, Σαβελλίου, Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Ἀρείου, καὶ τῶν ἄλλων τούτοις παραπλησίων, ὧν εὐλόγως οἱ.

ἅγιοι

ter recipmus, tria illa Symbola; Apoſtolorum ſcilicet, Nicænum & Athanaſij: ſimiliterque ea, quæ à Veteribus patribus juxta illorum Symbolorum ſententiam ſtatuta ſunt.

X.

Credimus, Ieſum Chriſtum, ſecundum naturam ſuam divinam, unigenitum Dei filium eſſe; ab æterno genitum, non factum aut creatum (ita enim foret creatura) ſed eiuſdem cum patre eſſentiæ, coæternum, expreſſam imaginem hypoſtaſeos Patris, & ſplendorem gloriæ ipſius, in omnibus illi æqualem. Qui quidem Dei filius eſt, non tantum ab eo tempore quo noſtram naturam aſſumpſit, ſed ab omni æternitate, ut hæc teſtimonia inter ſeſe collata, nos docent. Moyſes ait, Deum mundum creaſſe: Sanctus vero Iohannes, Omnia per Sermonem facta fuiſſe, quem & Deum vocat: Et Apoſtolus, Deum ſecula feciſſe per Filium ſuum. Item, Deum creaſſe omnia per Ieſum Chriſtum. Neceſſe itaque eum, qui Deus, Sermo. Filius, Ieſus, Chriſtus, nominatur, jam tum exſtitiſſe, quum ab ipſo omnia crearentur. Ideoque Propheta Micheas inquit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ἅγιοι πατέρες πάλαι κατεψήφισαν. διόπερ ἀσμένως ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ ἀποδεχόμεθα ταῦτα τρία σύμβολα, τὸ τῶν ἀποστόλων δηλαδή, τὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ τὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τοῖς ἀρχαίοις πατράσι παρεμφερῆ τοῖς λεχθεῖσι κυρωθέντα.

Ι'.

Πιστεύομεν Ἰησοῦν Χριστὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα Θεοῦ υἱὸν εἶναι μονογενῆ, πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα οὐδὲ κτισθέντα (κτίσμα γὰρ ἂν εἴη) ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, συναΐδιον, χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ πάντα ἴσα αὐτῷ, υἱὸν Θεοῦ ἀπ' αἰώνων ἀλλ' οὐ μόνον τὸ ἀφ' οὗ τῆς ἀνθρωπότητος μετέσχηκεν· ὅπως αὗται αἱ μαρτυρίαι παράλληλαι τιθεῖσαι δηλοῦσι· ὁ μὲν οὖν Μωϋσῆς τὸν Θεὸν πεποιηκέναι τὸν κόσμον παραδίδωσι, ὁ δὲ Ἰωάννης, πάντα, λέγει, διὰ τοῦ λόγου (Θεὸς δὲ ὁ λόγος) ἐγένετο. καὶ ὁ ἀπόστολος Θεὸν δι' υἱοῦ τοὺς αἰῶνας ποιῆσαι, καὶ αὖθις, Θεὸν ἐν τῷ υἱῷ τὰ πάντα κτίσαι γέγραφε. ἀνάγκη οὖν τὸν ὀνομαζόμενον Θεὸν, υἱὸν, Ἰησοῦν, Χριστὸν, ὑπάρξαι ἤδη ἀφ' οὗ χρόνου τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐποιεῖτο. διὸ καὶ ὁ προφήτης μιχαίας, ἔξοδος αὐτοῦ, λέγει, ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἡμερῶν αἰῶ-

inquit, Exitus ejus ab initio, à diebus æternitatis. Et Apoſtolus, Eſt abſque initio dierum, & abſque fine vitæ. Eſt igitur verus & æternus ille Deus, atque omnipotens, quem invocamus, adoramns & colimus.

XI.

Credimus præterea & confitemur, Spiritum Sanctum, à Patre & Filio ab æterno procedere: non itaque factum, nec creatum, neque etiam genitum; ſed ſolummodo ab utroque procedentem: qui ordine tertia in Trinitate perſona eſt, eiuſdem eſſentiæ, Majeſtatis & gloriæ cum Patre Filioque: adeoque verus & æternus Deus, ut nos ſacrà Scriptura docet.

XII.

Credimus Patrem per verbum, hoc eſt, Filium ſuum, cœlum & terram cæteraſque creaturas omnes, quandoque ipſi viſum fuit, ex nihilo creaſſe; illiſque ſingulis ſuam eſſentiam, formam, & figuram, variaque officia tribuiſſe ut creatori ſuo inſervirent: eumque etiam nunc eas omnes, pro æterna ſua Providentia, & immenſa ſua virtute, ſuſtentare & regere: idque, ut illæ quidem homini, homo verò Deo ſuo inſerviat. Creavit præterea Angelos, eoſque bonos; ut nuncij ejus

νος. καὶ ὁ ἀπόστολος· μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. ἆρ' οὖν, οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς καὶ αἰώνιος Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὃν προσευχῆς, δεήσεως καὶ λατρείας ἀξιοῦμεν.

Ια΄.

Πιστεύομεν προσέτι καὶ ὁμολογοῦμεν ὅτι τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀπ' αἰώνων ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεται, οὐ κτιστὸν, ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέροιν ἐκπορευτὸν, τὸ τρίτον τὴν τάξιν τῆς τριάδος πρόσωπον, ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, ἀληθινὸς τῷ ὄντι καὶ αἰώνιος Θεὸς καθάπερ ἡμᾶς τὰ ἱερὰ γράμματα διδάσκει.

Ιβ΄.

Πιστεύομεν ὅτι ὁ πατὴρ διὰ τοῦ ἑαυτοῦ λόγου τουτέστι διὰ τοῦ υἱοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πᾶν ὃ γέγονεν, ὅταν αὐτῷ ηὐδόκησεν, ἐξ οὐδενὸς ἐποίησε, μεταδιδοὺς ἑκάστῳ τὸ εἶναι, τὴν μορφὴν, τὸ εἶδος, καὶ διακεκριμένας τάξεις εἰς τὸ τῷ ἑαυτῶν κτιστῇ ὑπουργήσειν. καὶ ὅτι εἰς ἔτι τὰ πάντα φέρει καὶ κυβερνᾷ τῇ αἰωνίῳ αὐτοῦ προνοίᾳ τε καὶ ἀμετρήτῳ δυνάμει, ὅπως τῷ μὲν ἀνθρώπῳ τὰ λοιπὰ ποιήματα, Θεῷ δὲ ὁ ἄνθρωπος δουλεύῃ. πρὸς τούτοις καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ἀγγέλους ἐποίησεν ἀγαθοὺς τὴν φύσιν, εἶναι αὐτοὺς λειτουργικὰ πνεύματα ἐς

διακο-

ejus eſſent, electis ejus miniſtrarent: quorum alij, ab excellentia, in qua eos Deus creaverat, in perditionem æternam prolapſi ſunt; alij, divina gratia, in primo illo ſtatu perſtiterunt, atque permanſerunt, Diaboli autem & cacodæmones ita corrupti ſunt, ut Dei omniſque boni ſint hoſtes, qui omnibus viribns, Eccleſiæ ac ſingulis ejus membris, veluti prædones, inſidiantur, ut impoſturis ſuis omnia deſtruant perdantque: Ideoque propria ſua malitia, æternæ condemnationi adjudicati, horrenda tormenta indies expectant. Ac proinde deteſtamur Sadducæorum errorem, qui Spiritus & Angelos ullos eſſe negant: itemqúe & Manichæorum, qui aſſerunt, diabolos ex ſeipſis originem ſuam ducere, & ex propria ſua natura abſque ſui corruptione malos eſſe.

XIII.

Credimus benignum illum Deum, poſtquam res omnes creaſſet, minimè eas caſui aut fortunæ permiſiſſe, ſed ſecundum ſanctam ſuam voluntatem eum in modum regere & gubernare, ut nihil in hoc mundo abſque ipſius ordinatione eveniat: quamvis tamen Deus peccato-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. ὧν οἱ μὲν τῆς ὑπεροχῆς ἧς ἐνεκλήθησαν ἐκπεπτωκότες αἰωνίᾳ φθορᾷ περιέπεσαν, οἱ δὲ διὰ χάριτος θεοῦ ἐκαρτέρουν καὶ τῇ προτέρᾳ τάξει ἐνέμενον. τὰ μὲν οὖν πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφθάρη, ὥστε πόλεμον πολεμεῖν ἄσπονδον πρός τε Θεὸν καὶ ἄνθρωπον πάντα φιλόκαλον, τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἑκάστῳ αὐτῆς μέλει κατὰ δύναμιν λῃστῶν δίκην ἐπιβουλεύοντα, ἵνα τῇ αὐτῶν πανουργίᾳ πάντα φθερῇ τε καὶ ὀλέσῃ. οὗ ἕνεκα, διὰ τοσαύτην πονηρίαν ἐς αἰώνιον κατάκριμα κατεδικάσθη, καθημέραν προσδοκῶντα τὰς φρικτὰς ἑαυτῶν ὀδύνας καὶ βασάνους. βδελυττόμεθα οὖν τὴν τῶν Σαδδουκαίων πλάνην, μὴ λεγόντων ἀγγέλους εἶναι μήτε πνεύματα, καὶ τῶν Μανιχαίων φλυαρούντων τὸ ἐξ ἑαυτῶν διαβόλους πεφυκέναι, φύσει ἀλλὰ μὴ φθορᾷ πονηροὺς ὄντας.

Ιγʹ.

Πιστεύομεν τὸν Θεὸν τὸν πανάγαθον ὅσα ἐποίησε μηδαμῶς τῷ αὐτομάτῳ ἢ τέχῃ ἀφεῖναι, μᾶλλον δὲ οὕτως κυβερνᾶν τὸ πᾶν καὶ διοικεῖν καθ᾽ ἅγιον θέλημα αὐτοῦ, ὡς μηδὲν ἐν τῷ κόσμῳ συμβαίνειν παρὰ τῆς αὐτοῦ διατάξεως. πλὴν οὐκ ἔνοχος ὁ Θεός ἐστι τῇ ἀδικίᾳ οὐδὲ αἴτιος τῶν πραττομένων κακῶν. ἐπὶ το- τύχη

catorum quæ ſiunt neque autor neque reus ſit. Tanta enim tamque incomprehenſibilis ipſius potentia & bonitas, ut opus ſuum optimè juſtiſſiméque ordinet & exſequatut, etiam quum & diabolus & impij injuſtè agunt. Quæ vero ita agit, ut humanum excedant ſenſum, in ea nolumus curiosè ultra quam fert captus noſter inquirere. Quinimo omni animi ſubmiſſione & reverentia, occulta nobis Dei judicia, adoramus: ſufficitque nobis, Chriſti eſſe diſcipulos, ut ea duntaxat diſcamus quæ ipſe verbo ſuo nos docet, ut ne uſquam hoſce limites tranſiliamus. Hæc doctrina, ineffabilem nobis adfert conſolationem, dum ea erudimnr, nihil nobis fortuitò, nec ſine optimi Patris noſtri & cœleſtis voluntate, evenire poſſe. Qui pro nobis cura verè paterna excubat, omneſque ſibi creaturas ita ſubditas habet; ut ne capillus quidem capitis noſtri, qui omnes numerati ſunt, imo nec paſſerculus ullus humi cadere, ſine Patris noſtri voluntate, poſſit. In quo quidem toti conquieſcimus: perſuaſi, eum diabolos omneſque inimicos noſtros veluti habenis continere, ut ſine ejus permiſſione & voluutate, nobis nocere nequeant. Eoque rejicimus deteſtandum Epicureorum errorem, qui dicunt, nihil

Deum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

τοῦτον γὰρ δυνάμει περιέχει καὶ ἀγαθωσύνῃ ἀπεριλήπτῳ, ὥστε καὶ διαβόλου καὶ ἀσεβῶν ἀνθρώπων τὴν αὐτῶν παρανομίαν ἀπεργαζομένων, εὖ μάλα καὶ δικαίως αὐτοῦ τὸ ἔργον διατάττεσθαι καὶ συντελεῖσθαι. καὶ τὰ μὲν ἔργα αὐτοῦ ἀνεξέταστα ὄντα τῷ ἀνθρωπίνῳ λόγῳ οὐ περιέργως ἀκριβοῦν πειράζομεν, ἀλλὰ σεβάζομεν προσκυνοῦντες μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης τε καὶ ἐντροπῆς τὰ ἀγνοούμενα μὲν ἡμῖν ὅσια δὲ καὶ δίκαια κρίματα τοῦ θεοῦ, στέργοντες τῷ ὑπὸ Χριστοῦ μαθητεύεσθαι καὶ μανθάνειν ὅσα ἐν ἁγίῳ αὐτοῦ ῥήματι δεδηλωκὼς ὑπάρχει, τούτους τοὺς ὅρους μὴ παραβαίνοντες. αὕτη ἡ διδαχὴ ἀνέκφραστον ἡμῖν παραμυθίαν χορηγεῖ. μανθάνομεν γὰρ ἐντεῦθεν ὡς οὐδὲν ὅλως ἡμῖν συμβαίνει αὐτομάτως, τοὐναντίον δὲ τὰ πάντα ἐκ διατάξεως τοῦ φιλανθρώπου ἡμῶν πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὅσγε ἀγρυπνεῖ ὑπὲρ ἡμῶν μετὰ φροντίδος πατρικῆς, καὶ ὅσα ἐποίησεν οὕτω κατέχει τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, ὥστε ἄνευ τοῦ πατρὸς ἡμῶν οὐδὲ τρίχα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν καταῤῥεῦσαι, ἐπειδήπερ πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσὶν, οὐδὲ ὀρνιθάριον πεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ τούτοις ἀνενδοιάστως ἐπαναπαυόμεθα, πεπεισμένοι ὅτι καὶ διαβόλους καὶ πάντας πολεμίους ἡμῶν χαλιναγωγεῖ οὐκ ἐξὸν αὐτοῖς

Deum curare, omniaque fortunæ permittere.

XIV.

Credimus Deum ex terræ pulvere, hominem creaſſe, & ad ſuam imaginem & ſimilitudinem feciſſe atque efformaſſe; bonum nempe, juſtum, & ſanctum. Qui ſuo ſeſe arbitrio ad divinam voluntatem per omnia componere poſſet. Verum, cum in honore eſſet, idipſum non intellexit, nec excellentiam ſuam cognovit, ſed ſeipſum, verbis diaboli aurem præbens, peccato, ac proinde morti & maledictioni, volens ſubjecit. Nam mandatum vitæ quod acceperat, tranſgreſſus eſt: ſeſeque à Deo, qui vera ipſius erat vita, peccato ſuo, penitus divulſit, totamque naturam ſuam corrupit. Quo ſe morti corporeæ & ſpirituali obnoxium reddidit. Atque ita improbus perverſuſque effectus, & in vijs ſtudijſque ſuis corruptus, præclara illa omnia dona, quæ à Deo acceperat, amiſit. Adeò ut ipſi tantum exigua quædam illorum veſtigia remanſerint: quæ tamen ad reddendum eum inexcuſabilem ſufficiant; quoniam, quicquid in nobis eſt lucis, in tenebras verſum eſt
ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ἀδικεῖν ἡμᾶς οὐδένα τρόπον χωρὶς αὐτοῦ εὐδοκίας καὶ συγχωρήσεως. κἂν ταῦτα ἀπολέγομεν τὴν βδελυρὰν τῶν ἐπικουρείων ὑπόληψιν, διατεινομένων τὸν Θεὸν οὐδενὸς πρόνοιαν ποιούμενον ἐᾶν ἀτάκτως τε καὶ πλημμελῶς τὰ πάντα γίνεσθαι.

Ιδ΄.

Πιστεύομεν ὅτι ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν ἐκ πηλοῦ τῆς γῆς, καὶ ἐτύπωσεν αὐτὸν κατ᾽ εἰκόνα αὐτοῦ ἀγαθὸν, δίκαιον, ἅγιον, καὶ δυνατὸν ἐν πᾶσιν αὐτοθελῶς ἑαυτὸν τῷ Θεοῦ βουλήματι ἁρμόζειν. πλὴν ἔντιμος ὢν οὐκ ἐπέγνω οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ὑπεροχῆς πεφρόντικεν, ἀλλὰ ἑαυτὸν ἑκουσίως τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ κατάρᾳ ὑπέταξε, τοῖς τοῦ διαβόλου ῥήμασι προσέχων. τὴν γὰρ ἐλελήφει ἐντολὴν τῆς ζωῆς παραβεβηκὼς καὶ δι᾽ ἁμαρτίας ὁλοσχερῆ αὐτοῦ ζωῆ ἀπέρρωγε, καὶ διὰ τοῦτο θανάτου ἑαυτὸν σωματικοῦ ἅμα καὶ πνευματικοῦ ἔνοχον κατέστη, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ ἀσεβὴς, διεστραμμένος καὶ διεφθαρμένος ὢν τὰ περιλαμπῆ αὐτοῦ χαρίσματα ὧν ἠξιώθη ὑπὸ Θεοῦ ἅπαξ ἁπλῶς ἀποβέβληκε. ὡς οὐδὲν ἄλλο αὐτῷ ὑπόλοιπον εἶναι εἰ μὴ σμικρὰ μὲν τούτων (ὡς εἰπεῖν) ἴχνη, ἱκανὰ δὲ ἀναπολόγητον αὐτὸν καταστῆσαι, ἐπεὶ καὶ τὸ φῶς τὸ ἐν ἡμῖν πρὸς τὸ σκοτεινὸν μετέπεσε,

ut Scriptura nos docet; dicens, Lux in tenebris lucet; & tenebræ eam non comprehenderunt. Vbi S. Iohannes, homines tenebras appellat. Idcirco rejicimus, quæcunque cum his pugnantia de libero hominis arbitrio docentur; utpote qui tantum ſervus eſt peccati, neque quidquam ex ſe habere poteſt, niſi datum ſit illi cœlitus. Quis enim jactare audeat, ſe boni quidquam, tanquam ex ſeipſo, præſtare poſſe; quum Ieſus Chriſtus dicat, Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus, qui me miſit, traxerit eum. Quis voluntatem ſuam oſtentet, qui intelligat, Affectionem carnis, inimicitiam eſſe adverſus Deum? Quis de intelligentia vel hiſcere audeat, qui ſciat; Hominem animalem non eſſe capacem eorum, quæ ſunt Spiritus Dei? In ſumma, Quis vel ullam cogitationem in medium proferat, cum intelligat; Nos non eſſe idoneos ex nobis ipſis ad cogitandum quidquam, veluti ex nobis ipſis, ſed quod idonei ſimus, ex Deo eſſe? Firmum ergo & ratum merito manere oportet, dictum illud Apoſtoli, Deum eſſe qui efficit in nobis & ipſum velle, & perficere, pro ſuo beneplacito. Nulla enim intelligentia, nec voluntas conformis eſt divinæ, niſi quam Chriſtus in illis fuerit operatus. Quod nos docet cum

ait,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

λεγούσης τῆς γραφῆς· τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. ἔνθα ὁ ἅγιος Ἰωάννης σκοτίαν καλεῖ τοὺς ἀνθρώπους. οὗ ἕνεκα ἀπορρίπτομεν ὁπαιοῦν περὶ τοῦ ἐν ἀνθρώποις αὐτεξουσίου τούτων ἀντίστροφον διδάσκεται, πεπεισμένοι ὅτι τὸ νομιζόμενον ἐν ἀνθρώπῳ ἑκούσιον τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύει μόνον. οὐ γὰρ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἐπεὶ τίς καυχάσειεν ἂν ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ ἱκανὸς ὢν ἀποτελεῖν τι τῶν ὄντως καλῶν, εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ· οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν; τίς ἄρα τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν προβιβάσειεν ἂν ἐννοῶν ὡς τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν; τίς περὶ αὐτοῦ τοῦ ἀγχινοίας τολμήσειεν ἂν ῥῆξαι φωνὴν συνελίζων ὡς ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ; ὡς συνελόντι, τίς ποτε ἕνα τινὰ λογισμὸν προσθήσειεν ἄν, τῶν εἰδότων ὅτι οὐχ ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ; ἄραγε τὸ λεχθὲν τῷ ἀποστόλῳ κύριον ἔστω· ὅτι ὁ Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. οὐδὲ γὰρ νοῦς, οὐδὲ θέλημα οὐδὲν τῷ θείῳ θελήματι ἁρμόζει μὴ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀπειργασμένον. ὡς αὐ-

ait, Sine me nihil poteſtis facere.

XV.

Credimus, Adami inobedientia peccatum Originis in totum genus humanum diffuſum fuiſſe: quod eſt totius naturæ corruptio, & vitium hæreditairum: quo & ipſi infantes in matris ſuæ utero polluti ſunt, quodque veluti radix, omne peccatorum genus in homine producit; ideoque ita fœdum & excrabile eſt coram Deo, ut ad generis humani condemnationem ſufficiat. Neque vero hoc ipſum, per Baptiſmum etiam penitus aboletur, aut radicitus evellitur: quandoquidem aſſiduè veluti aqua ebulliens, ex ea tanquam ex infauſta ſcaturigine, peccatum emanet: quamvis Dei Filiis in condemnationem id non imputetur, verum gratia & miſericordia eius condonetur. Non tamen ut ſecurè peccato indormiant, ſed ut corruptionis huius ſenſus crebriores gemitus in fidelibus excitet, qui deſiderant ab hoc corpore mortis liberari. Quapropter rejicimus Pelagianorum errorem, qui aſſerunt, hoc peccatum tantùm ex imitatione eſſe.

XVI.

Credimus, poſteaquam tota Adami proge-

τὸς εἶπεν· ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

ΙΕ'.

Πιστεύομεν ὅτι διὰ παρακοῆς τοῦ Ἀδὰμ τὸ ἔμφυτον φαῦλον διῆλθεν εἰς πᾶσαν γενεὰν τῶν ἀνθρώπων, διαφθορὰ οὖν ὅλης τῆς φύσεως, ἤτοι κακία κληρονομικὴ ᾗ καὶ τὰ βρέφη ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς ἐμιάνθη, βλαστάνουσα ἐν ἀνθρώπῳ, ὡσεὶ ῥίζα, παντοῖα ἁμαρτήματα. οὗ ἕνεκα, οὕτω δυσειδὴς καὶ βδελυρά ἐστιν ὥστε ἱκανὴν εἶναι πρὸς τὸ καταγινώσκειν κατάκρισιν ὅλῳ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει. οὔτε δὴ διὰ βαπτίσματος ἀφανίζεται ἐς τὸ παράπαν ἐκριζουμένη, ἀλλὰ συνεχεῖς οἷον ἀπό τινος παναθλίας πηγῆς ῥύακας ἀναβρύει. πλὴν ὅτι τοῖς υἱοῖς τοῦ Θεοῦ εἰς κατάκρισιν οὐ λογίζεται, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ τὴν χάριν καὶ εὐσπλαγχνίαν ἀφίεται. οὐ μὴν ἵνα ἐν αὐτῇ ῥαθυμῶσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ ταύτην αἰσθάνεσθαι τὴν διαφθορὰν συχνότερον τοὺς πιστεύοντας στενόη τὴν ἐπιθυμίαν ἔχοντας εἰς τὸ ῥύσεσθαι ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου. κἀνταῦθα ἀποβαλλόμεθα τὴν τῶν Πελαγιανῶν πλάνην διατεινόντων ταύτην τὴν μοχθηρίαν οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἔκ τινος μιμήσεως γίγνεσθαι.

ῥύεσθαι.

ΙϚ'.

Πιστεύομεν ὅτι Θεὸς πεπτωκότος ὧδε καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

progenies ſic in perditionem & exitium, primi hominis culpa, præcipitata fuit; Deum ſe talem demonſtraſſe, qualis eſt; nimirum, miſericordem & juſtum. Miſericordem quidem, eos ab hac perditione liberando & ſervando, quos æterno & immutabili ſuo conſilio, pro gratuita ſua bonitate in Ieſu Chriſto Domino noſtro elegit & ſelegit, abſque ullo operum eorum reſpectu: Iuſtum verò, reliquos in lapſu & perditione, in quam ſeſe præcipitaverant, relinquendo.

XVII.

Credimus, benigniſſimum illum Deum noſtrum, cum cerneret hominem ſe ita in mortem tam corporalem, quam Spiritualem præcipitem dediſſe, prorſuſque miſerum effectum; ipſummet pro admirabili ſua ſapientia & bonitate, eum, cum ab ipſo totus tremebundus fugeret, quæſiviſſe ac conſolatum eſſe; promiſſione illi facta de donando Filio ſuo, ex muliere naſcituro, qui ſerpentis caput contereret, atque illum beatum redderet.

XVIII.

Confitemur itaque, Deum promiſſionem veteribus patribus, per os ſanctorum Prophetarum, factam impleviſſe, quum conſtituto tempore, Filium illum ſuum proprium, unigenitum, & æternum, in mundum

διαφθαρέντος τῆς γενεᾶς Ἀδὰμ διὰ
πλημμελείας τοῦ πρωτοπλάστου, φανερὸν ἐ-
ποίησεν ὁποῖος ἦν, ἀποδεικνύμενος ἑαυτὸν
ἐλεήμονα ἅμα καὶ δίκαιον. ἐλεήμονα μὲν ἐν τῷ
ῥύσαι αὐτὸν ἐκ ταύτης τῆς ἀπωλείας οὓς ἐν
αἰωνίῳ αὐτοῦ καὶ ἀμεταβλήτῳ βουλῇ τῇ αὐτοῦ
χάριτι μόνον χωρὶς λόγου ἔργων ἐν τῷ κυρίῳ
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ ἐξέλεξε· δίκαιον δὲ ἐν τῷ
ἐᾶν αὐτὸν τοὺς λοιποὺς ἐν τῇ αὐτῶν πτώσει τε
καὶ ἀπωλείᾳ ἧς ἑαυτοῖς αἴτιοι εἰσι.

ΙΖ΄.

Πιστεύομεν ὡς ὁ πανάγαθος ἡμῶν Θεὸς
διὰ θαυμασιωτάτης ἑαυτοῦ σοφίας καὶ χρηστό-
τητος, θεωροῦν τὸν ἄνθρωπον ὡς ἐς σωματικὸν ἅ- θεωρῶν
μα καὶ πνευματικὸν θάνατον ἑαυτὸν κατεκρήμ-
νισε καὶ ὁλοσχερεῖ ἀτυχίᾳ περιέπεσεν, ἐσπούδα-
σε ζητεῖν αὐτὸν μετὰ τρόμου φεύγοντα, καὶ παρε-
κάλησεν αὐτὸν ἐπαγγελλόμενος δώσειν αὐτῷ τὸν
ἴδιον υἱὸν γενόμενον ἐκ γυναικὸς ἵνα σώσῃ μὲν
αὐτὸν, τερήσῃ δὲ τοῦ ὄφεως τὴν κεφαλήν.

ΙΗ΄.

Προσομολογοῦμεν οὖν ὡς ὁ Θεὸς τὰς ἐπαγ-
γελίας ἃς προεπήγγελλε τοῖς πατράσι διὰ στό-
ματος τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφήτων, ἐκύρωσεν, προφητῶν
ἐξαποστέλλων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν ἴδιον ἀΐδιον καὶ
μονογενῆ, ὅτε ἦλθεν ὁ ὡρισμένος ὑφ' ἑαυτοῦ
χρόνος.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

mundum miſit: qui forma ſervi accepta, ſimilis hominibus factus eſt, & veram naturam humanam cum omnibus ipſius infirmitatibus, excepto peccato, verè aſſumpſit, conceptus utero beatæ Virginis Mariæ, idque virtute Spiritus ſancti, abſque viri opera. Quin & non ſolum naturam humanam quoad corpus aſſumpſit, ſed & veram hominis animam, ut verus eſſet homo. Nam cum anima non minus quam corpus perdita eſſet, neceſſe fuit ut ille utrumque ſimul ſervaret. Quare profitemur contra Anabaptiſtarum hæreſin, negantium Chriſtum carnem humanam ex matre ſua aſſumpſiſſe, Chriſtum carnis & ſanguinis puerorum participem factum, fructum eſſe lumbornm Davidis ſecundum carnem, factum eſſe ex ſemine Davidis ſecundum carnem, fructum uteri Virginis Mariæ, factum ex muliere, germen Davidis, ſurculum ex radice Ieſſe, ortum è Iuda, atque è Iudæis ſecundum carnem progenitum, ex ſemine Abrahami, ſiquidem ſemen Abrahæ aſſumpſit, fratribus ſuis per omnia factus ſimilis, excepto peccato. Adeò ut hoc modo, revera ſit noſter Emmanuel, id eſt, Deus nobiſcum.

XIX. Cre-

χρόνος. ὃς μορφὴν δούλου ἔλαβε, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γέγονεν, ἐπιλαμβάνων τῷ ὄντι ἀληθινῆς ἀνθρώπου φύσεως αὐταῖς αὐτῆς ἀσθενείαις χωρὶς ἁμαρτίας, συλληφθεὶς ἐν κοιλίᾳ τῆς μακαρίας παρθένου Μαριὰμ ἐκ δυνάμεως πνεύματος ἁγίου ἀλλὰ μὴ ἐξ ἀνδρικῆς συνουσίας. οὐδὲ μόνον τὴν ἀνθρωπίνην εἴληφε φύσιν τὸ κατὰ σῶμα, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴν ἀνθρώπου ψυχὴν ὅπως εἴη γνήσιος ἄνθρωπος. ἐπεὶ γὰρ καὶ ἡ ψυχὴ τῇ πανωλεθρίᾳ περιέπεσεν ἀλλ' οὐ μόνον τὸ σῶμα, σαφῶς ἐπάναγκες ἦν τὸν ἄμφω μέλλοντα σώζειν καὶ ἀμφοτέροιν ἐπιλαβεῖν. ἄρα γε ἡμεῖς, κατὰ τὴν τῶν ἀναβαπτιστῶν αἱρέσεως ἀρνούντων ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ τὸν Χριστὸν κοινωνεῖν ἀνθομολογούμεθα κεκοινωνηκέναι τὸν Χριστὸν σαρκὸς τῶν παιδίων, καρπὸν ὄντα τῆς ὀσφύος Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα, γενόμενον ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τὸν καρπὸν τῆς κοιλίας Μαριὰμ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, βλαστὸν τοῦ Δαβὶδ, ῥάβδον ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, ὃς ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν, ἐξ Ἰουδαίων τὸ κατὰ σάρκα, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, σπέρματος γὰρ Ἀβραὰμ ἐπείληφε, καὶ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὡμοιώθη χωρὶς ἁμαρτίας. ὃν τρόπον ἐστὶν ὁ ἡμέτερος Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.

XIX.

Credimus, hac conceptione, Perſonam Filii, unitam atque conjunctam fuiſſe inſeparabiliter cum humana natura. Ita, ut non ſint duo Filij Dei, nec duæ Perſonæ, ſed duæ naturæ in unam Perſonam unitæ, quarum utraque proprietates ſuas diſtinctas retineat. Adeò, ut ſicut natura divina ſemper increata permanſit abſque initio dierum & vitæ fine, cœlum & terram implens: ſic humana natura, proprietates ſuas non amiſerit, ſed creatura remanſerit, initium dierum & naturam finitam habens, omniaque, quæ vero corpori conveniunt, retinens. Et quamvis eidem naturæ, immortalitatem reſurrectione ſua dederit, nihilominus veritatem ejus non commutavit: ſiquidem ſalus & reſurrectio noſtra etiam à veritate ejus corporis dependet. Cæterùm naturæ iſtæ duæ, in perſona una ita ſunt unitæ, ut ne morte quidem ipſius ſeparatæ fuerint. Quod igitur Patri ſuo moriens commendavit, is verus erat Spiritus humanus, è corpore ejus egrediens: at interim, divina natura ſemper humanæ unita permanſit; etiam cum in ſepulchro jaceret: neque Deitas tum deſinebat eſſe in ipſo

(ſicuti

ΙΘ′.

Πιστεύομεν ὅτι διὰ τῆσδε τῆς συλλήψεως ἡ τοῦ υἱοῦ ὑπόστασις ἀδιαιρέτως τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἡνώθη καὶ ἐζεύχθη, ὥστε μηδαμῶς εἶναι μὲν οὔτε δύο υἱοὺς Θεοῦ οὔτε δύο ὑποστάσεις, δύο δὲ φύσεις ἐν μιᾷ ὑποστάσει ἡνωμένας, ἀντεχομένης μέντοι ἑκατέρας φύσεως τῶν οἰκείων ἰδιωμάτων. ὃν τρόπον οὖν τὸ Θεῖον ἄκτιστον ἐς τὸ διηνεκὲς ὂν διατελεῖ, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχον, πληροῦν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὕτω μήδε τὸ ἀνθρώπινον ἀπέβαλε τὰ οἰκεῖα, ἀλλὰ θεοκτιστόν τι, ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχον, ὡρισμένον καὶ περίγραπτον τὴν φύσιν, καὶ ὥστε ὅλον εἰπεῖν, ἀντεχόμενον ὅσων ἀληθινὸν σῶμα κοινωνεῖ, διαμένει. οὐ γὰρ δι' ἀναστάσεως αὐτοῦ, μεταδοὺς τῇ φύσει τὴν ἀθανασίαν, ὁμοσε καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου τ' ἀληθὲς μεταβέβληκε, ἐπεὶ καὶ ἡμῶν ἡ ἀνάστασις καὶ σωτηρία ἐν τῇ κυριακοῦ σώματος ἀληθείᾳ κρέμανται. τοιγαροῦν αἱ δύο φύσεις οὕτω ἡνωμέναι, εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀποτελοῦμεναι ὡς μήτε δι' αὐτοῦ τὴν τελευτὴν διαιρεθῆναι. ὃ γὰρ εἰς χεῖρας πατρὸς παρατέθεικεν ὄντως ἦν τὸ ἀνθρώπινον πνεῦμα ἐκ σώματος ἀφεθὲν, ζευχθέντος μεταξὺ ἀδιαλείπτως τοῦ Θείου τῇ σαρκὶ ἄλλως τε καὶ ὅταν εἰς τάφον ἐτέθειτο.

καὶ

(ſicuti & in ipſo erat cum infans eſſet) etſi ad exiguum tempus ſeſe ita non exereret. Quapropter confitemur ipſum verum Deum & verum hominem eſſe: verum quidem Deum, ut mortem ſua potentia vinceret: verum autem hominem, ut ſecundum carnem ſuam infirmam, pro nobis mori poſſet.

XX.

Credimus, Deum qui perfectiſſimè miſericors & juſtus eſt, filium ſuum miſiſſe, ut naturam eam, in qua inobedientia perpetrata erat, aſſumeret, in ea ipſa ſatisfaceret, & pœnas peccatis debitas acerbiſſima paſſione ſua & morte expiaret. Deus igitur juſtitiam ſuam erga Filium ſuum, quem peccatis noſtris oneraverat, declaravit, & bonitatem atque miſericordiam ſuam in nos reos & condemnatione dignos effudit, dum Filium ſuum ex ſumma dilectione pro nobis in mortem dedit, & è mortuis excitavit ad noſtri juſtificationem, ut immortalitatem & vitam æternam per eum conſequeremur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

καὶ ἡ μὲν θειότης οὐκ ἔπαυσεν αὐτῷ ἐνυπάρχουσα ὡς καὶ ἐκ περφότης ἡλικίας ἐνυπῆρχεν, ἑαυτῆς δὲ δι' ὀλίγου ὡσεὶ ἀπέκρυψε τὴν ἐνέργειαν. Διὰ ταῦτα ὁμολογοῦμεν αὐτὸν ἀληθῆ μὲν εἶναι Θεὸν, ἀληθῆ δὲ καὶ ἄνθρωπον. Θεὸν μὲν ἵνα τῇ αὐτοῦ δυνάμει τὸν θάνατον νικήσῃ, ἄνθρωπον δὲ ἵνα οἷός τε ᾖ ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τῇ σαρκὶ τῆς ἀσθενείας αὐτοῦ.

Κ'.

Πιστεύομεν τὸν Θεὸν πλούσιον ὄντα ἐν ἐλέει ἅμα καὶ δικαιοσύνῃ πέμψαι ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν ἵνα προσλάβῃ τὴν φύσιν τὴν προημαρτηκύιαν, τίσαι ἐν ἐκείνῃ τιμωρίαν τῆς παρανομίας ἀντίρροπον δι' αὐτοῦ τὸ πάθος καὶ τὴν τοῦ βίου τελευτήν. καὶ τὸ μὲν ἀπότομον ἑαυτοῦ ἐκ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἀπέδειξεν ὁ Θεὸς φορτίζων αὐτὸν φορτίον δυσβάστακτον τῶν ἡμετέρων παραπτωμάτων. τοὔμπαλιν δὲ ἐξέχυσεν ἑαυτοῦ τὸ εὔσπλαγχνον καὶ φιλάνθρωπον ἐφ' ἡμᾶς ὀφειλέτας ὄντας καὶ ἐνόχους τῷ κατακρίματι· δεδωκὼς ὑπὲρ ἡμῶν τὸν αὐτοῦ μονογενῆ ἐς θάνατον διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἠγερκὼς αὐτὸν διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν, ἐς τὸ ἔχειν ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ἀθανασίαν καὶ ζωὴν αἰώνιον.

Κα'. Πι-

XXI.

Credimus, Ieſum Chriſtum ſummum ſacerdotem eſſe in æternum jurejurando conſtitutum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui ſe noſtro nomine coram Patre ſtitit, ad iram ipſius plena ſatisfactione ſua placandum, offerens ſe ipſum in ligno crucis, pretioſumque ſanguinem ſuum ad purgationem peccatorum noſtrorum effundens, prout Prophetæ prædixerant. Scriptum enim eſt, Caſtigationem pacis noſtræ Dei Filio impoſitam, & vibicibus ejus nos ſanatos eſſe: ipſum tanquam ovem ad mortem ductum, inter ſceleratos reputatum, & à Pontio Pilato, tanquam maleficum, condemnatum: etſi illum prius innocentem pronunciaſſet. Quæ ergo non rapuerat perſolvit, & juſtus pro injuſtis, tum in corpore tum in anima ſua paſſus eſt, ita ut horribiles illas pœnas, peccatis noſtris debitas ſentiens, grumos quaſi ſanguinis in terram defluentes, ſudaverit, tandemque exclamaverit, Deus mi, Deus mi, quare me dereliquiſti? Atque hæc omnia pro remiſſione peccatorum noſtrorum pertulit. Quamobrem meritò cum Apoſtolo Paulo dicimus, Nos nihil aliud ſcire, quam Chriſtum eumque crucifixum. Quin omnia pro ſtercoribus ducimus, propter excellentiam cognitionis Ieſu Chriſti

Domi-

Κα'.

Πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς μετὰ ὁρκωμοσίας ἀρχιερεύς ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ὃς ὑπὲρ ἡμῶν τῷ πατρὶ ἀπήντησε πρὸς τὴν δίκην ἵνα ἐξιλάσῃ αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ὁλοσχερεῖ ἀποτίσει, θύων ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐκχέων τὸ τίμιον ἑαυτοῦ αἷμα ἐς καθαρισμὸν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν. καθὼς προεφήτευσαν οἱ προφῆται· γέγραπται γὰρ· ὅτι παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐφ' υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. ὅτι ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ μετὰ ἀνόμων, οἱονεὶ συμπαρανενομηκὼς, ἐλογίσθη. καὶ καταδικασθεὶς ἅμα καὶ δικαιωθεὶς ὑπὸ Πιλάτου. σαφῶς οὖν ἃ οὐχ ἥρπασε τότε ἀπετίννυε, καὶ ἔπαθε δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων ἔντε τῷ σώματι καὶ ἐν τῇ ψυχῇ. ὥστε αἰσθανόμενον αὐτὸν τῆς φοβερᾶς κολάσεως ἧς ἡμεῖς ἄξιοι ἦμεν, ὥστε θρόμβους αἵματος καθιδρῶσαι, καὶ φωνῆσαι φωνῇ μεγάλῃ· ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; ἔπαθε δὲ τὰ πάντα εἰς ἄφεσιν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν. διὸ λέγομεν σὺν τῷ ἐν ἁγίοις Παύλῳ, ὅτι οὐ κρίνομεν τοῦ εἰδέναι τι εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. ἡγούμεθα τὰ πάντα σκύβαλα εἶναι διὰ τὸ ὑπερέ-

χον

Domini noſtri: In cujus vulneribus omnem conſolationem reperimus. Neque neceſſe habemus, ut rationes ullas alias quæramus, aut excogitemus, quibus Deo reconciliemur; præter hanc ſolam & unicam oblationem, ſemel peractam, qua fideles in perpetuum conſummati ſunt. Atque hæc ipſa cauſa eſt, quod ab Angelo Dei, Ieſus, id eſt, Servator, vocatus ſit, quod populum ſuum à peccatis ejus ſervaturus eſſet.

XXII.

Credimus, ut huius magni myſterij veram cognitionem adipiſcamur Spiritum S. veram in cordibus noſtris fidem accendere: quæ Ieſum Chriſtum cum omnibus ſuis meritis amplectitur, eumque ſuum ac ſibi proprium efficit nihilque amplius extra eum quærit Neceſſarium eſt enim, aut omnia quæ ad ſalutem noſtram requiruntur in Ieſu Chriſto non eſſe, aut ſi in eo ſunt omnia, tum eum qui fide Ieſum Chriſtum poſſidet, totam ſalutem habere. Aſſerere itaque Ieſum Chriſtum minimè ſufficere, ſed alijs quoque præter illum opus eſſe; horrenda omnino in Deum blaſphemia eſt. Nam inde ſequeretur, Ieſum Chriſtum ex parte tantum ſervatorem eſſe. Meritò igitur cum Paulo dicimus. Nos ſola fide juſtificari, ſeu, fide abſque operibus. Interim propriè loquendo, nequaquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

χον τῆς γνώσεως Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. ἐν τοῖς θαύμασιν αὐτοῦ παντοίαν παράκλησιν εὑρίσκοντες καὶ μὴ δεόμενοι τοῦ μέσον ἄλλο ζητῆσαι ἤτοι πλάσεσθαι τῆς ἡμῶν πρὸς Θεὸν καταλλαγῆς, παρεκτὸς μιᾶς προσφορᾶς ᾗ τελειοῦνται εἰς τὸ διηνεκὲς οἱ ἁγιαζόμενοι. τούτου χάριν καὶ δι' ἀγγέλου ὠνομάσθη Ἰησοῦς τουτέστι σωτήρ, αὐτὸς γὰρ ἔμελλε σώσειν τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

ΚΒʹ.

Πιστεύομεν ὅτι πρὸς νημερτῆ τοῦδε τοῦ μυστηρίου τοῦ μεγάλου ἐπίγνωσιν, τὸ ταῖς ἡμῶν καρδίαις ἐνοικοῦν ἅγιον πνεῦμα δίδωσιν ἡμῖν τὴν πίστιν τὴν ἀληθινήν, τὴν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τελείας αὐτοῦ ἀποτίσεως ἀπτομένην, ἐξιδιοποιουμένην αὐτὸν ἡμῖν, καὶ ἔξω αὐτοῦ οὐδοτιοῦν διώκουσαν. δυοῖν γὰρ θάτερον ἀνάγκη, ἢ τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ πάντα τὰ πρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἀναγκαῖα ἐνυπάρχειν, ἢ ἐνόντων αὐτῷ τῶν πάντων, τοὺς τὸν σωτῆρα τόνδε ἀληθινῇ πίστει κεκτημένους τῆς παντελοῦς ἐν αὐτῷ τυγχάνειν σωτηρίας. τὸ δὲ οὐφ' ἱκανὸν εἶναι τὸν Χριστὸν ἀλλὰ πλειόνων προσδεῖν ἡμῖν, ἐκτόπου λίαν βλασφημία, ἡμισεύς γὰρ, ὡς εἰπεῖν, τὸν σωτῆρα. διόπερ καλῶς μετὰ Παύλου λογιζόμεθα πίστει μόνον δικαιοῦσθαι ἡμᾶς,

ἤτοι

quam intelligimus, ipſam fidem eſſe, quæ nos juſtificat, ut quæ ſit duntaxat inſtrumentum, quo Chriſtum juſtitiam noſtram, apprehendimus: ſed Ieſus Chriſtus nobis imputans omnia ſua merita, & tam multa ſancta opera quæ præſtitit pro nobis ac noſtro loco, eſt noſtra juſtitia. Fides autem eſt inſtrumentum, quo nos cum illo in communione omnium bonorum ejus retinemur: quæ cum noſtra facta ſint, plus quam ſatis nobis ſunt, ad nos à peccatis noſtris abſolvendos.

XXIII.

Credimus noſtram beatitudinem ſitam eſſe, in peccatorum noſtrorum, propter Ieſum Chriſtum, remiſſione, atque in ea juſtitiam noſtram coram Deo contineri, ut David & Paulus docent, pronunciantes, Beatum hominem, cui Deus juſtitiam abſque operibus imputat. Sed & idem Apoſtolus ait, Nos gratis aut gratia juſtificari, per redemptionem quę eſt in Chriſto Ieſu. Ac propterea, hoc fundamentum firmum perpetuò retinemus, omnemque gloriam Deo tribuimus, noſque coram eo humiliamus, ac qui qualeſque ſimus, recognoſcimus, nec de nobiſmet ipſis meritiſque noſtris quidquam præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ἤτοι πίστει χωρὶς ἔργων. οὐ μέντοι ὑπολαμβάνοντες τὸ δικαιούμενον ἡμᾶς, κυρίως εἰπεῖν, εἶναι τὴν πίστιν, ὄργανον οὖσαν μόνον τοῦ περιβάλλειν ἡμᾶς τὸν Χριστὸν τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν· ὁ δὲ Ἰησοῦς Χριστὸς λογίζων ἡμῖν τὴν ὁλοχερῆ αὐτοῦ ἀξίαν καὶ πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῷ τετελεσμένα ἁγιάσματα ἐγγυήτη ἡμῖν δικαιοσύνη, ἡ δὲ πίστις ὄργανόν ἐστι συνέχον ἡμᾶς μετ᾽ αὐτοῦ ἐν κοινωνίᾳ πάντων τῶν ἑαυτοῦ, ἃ καὶ ἡμῖν ἐξιδιούμενα ἐξαρκούντως ἐκποιεῖ εἰς τὸ ἀπολύεσθαι ἡμᾶς τῶν παρανομημάτων.

Κγ΄.

Πιστεύομεν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπὶ τῇ ἀφέσει τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν εἶναι τῇ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ παρὰ ταύτην κεῖσθαι τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καθὼς οἱ ἐν ἁγίοις Δαβὶδ καὶ Παῦλος ἀπεφήναντο, λέγοντες· τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου ᾧ ὁ Θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων. καὶ αὖθις ὁ ἀπόστολος· δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀκίνητον ἄρα τοῦτον τὸν θεμέλιον διαφυλάττομεν. πᾶσαν τῷ Θεῷ τὴν δόξαν νέμοντες, ἡμᾶς δὲ ἐξουθενοῦμεν, ἀκριβῶς αἰσθανόμενοι τὸ

περὶ

præſumimus, ſed ſola Ieſu Chriſti crucifixi obedientia innitimur, in eaque acquieſcimus. Quæ quidem noſtra eſt, cum in eum credimus. Hæc ſufficit ad omnes iniquitates noſtras obtegendas, & ut fiduciam nobis faciat accedendi ad Deum, à conſcientiis metum, horrorem, formidinem removens, ne imitemur primi illius noſtri Parentis exemplum, qui tremebundus ficulneis ſeſe foliis obtegere conatus eſt. Et revera, ſi nobis aut ulli creaturæ vel tantillum innitentes, coram Deo nos ſiſtere oporteret (eheu!) ſtatim abſorberemur. Idcirco cum Davide ſingulis nobis potius eſt precandum, Domine ne intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo ullus vivens.

XXIV.

Credimus veram hanc fidem per auditum verbi Dei, & Spiritus S. operationem, homini inditam, eum regenerare, novumque hominem efficere, adeoque ad novam vitam vivendam excitare, & à peccatorum ſervitute liberum reddere. Tantum ergo abeſt, ut fides hæc juſtificans, homines in recta ſanctaque vita tepidiores efficiat, ut prorſus è contrario, ſine illa ipſa, nemo unquam quidquam ex amore Dei, ſed amore tantum ſui, vel condemnationis metu effecturus ſit. Fieri itaque non poteſt, ut ſancta hæc fides in homine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

παρὰ ἑαυτοὺς ἀσθενείας. μηδαμῶς τε ἐν ἡμῖν ἢ τῇ ἡμετέρᾳ ἀξίᾳ καυχώμεθα, τῇ τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐσταυρωμένου ὑπακοῇ μόνον ἐπαναπαυόμενοι. αὕτη μὲν ἡμετέρα γίνεται ὅταν πιστεύομεν εἰς αὐτόν, ἱκανῶς δὲ καλύπτει πάντα τὰ καθ᾽ ἡμᾶς πλημμελήματα, καὶ τὰς συνειδήσεις ἡμῶν παύει φόβου καὶ ἐκπλήξεως, ἵνα προσερχώμεθα μετὰ παῤῥησίας τῷ Θεῷ, μηδὲ ὁμοιώμεθα τῷ πρωτοπλάστῳ Ἀδάμ, ὃς μετὰ τρόμου φεύγων ἐπεχείρει σκεπάζειν ἑαυτὸν φύλλοις συκῆς. ἀλλὰ γὰρ ἐάν ποτε τῷ Θεῷ πρὸς τὴν δίκην μέλλωμεν ἀπαντᾶν κἂν ἐλάχιστον πεποιθότες ἐφ᾽ ἑαυτοὺς ἢ πᾶν κτίσμα ἕτερον, ὅσον οὐδέπω ἂν ἀθλιώτατοι καταποθῶμεν. τοιγάρτοι λεκτέον ἑκάστῳ ἡμῶν σὺν τῷ Δαβίδ· κύριε μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

Κδʹ.

Πιστεύομεν ταύτην τὴν πίστιν τὴν ἀληθινὴν δι᾽ ἀκοῆς τοῦ Θείου ῥήματος καὶ ἐνεργείας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργουμένην τῷ ἀνθρώπῳ γεννᾶν αὐτὸν ἄνωθεν καὶ ἀνανεοῦν εἰς καινὸν ἄνθρωπον, ζωοποιοῦσαν αὐτὸν εἰς καινότητα ζωῆς, καὶ ἐκ δουλείας τῶν ἁμαρτιῶν αὐτὸν ῥυομένην. οὐκοῦν τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ ταύ-

homine otioſa ſit : ſiquidem non loquimur de fide vana , ſed de ea quæ in ſcriptura dicitur , Fides per charitatem efficax . Quæ inducit hominem , ut illis operibus, quæ Deus verbo ſuo præcepit, ſeſe exerceat. Atque hæc opera quæ à bona fidei radice proficiſcuntur , coram Deo bona , eique accepta ſunt. Quoniam omnia , per illius gratiam ſanctificantur. Veruntamen ad nos juſtificandos, in cenſum rationemque non veniunt. Fide utique in Chriſtum juſtificamur, & quidem priuſquam bona opera præſtiterimus. Alias bona opera eſſe non poſſent , non magis quam arboris fructus bonus eſſe poteſt , priuſquam arbor bona fuerit. Facimus igitur bona quidem opera, ſed neutiquam ut ijs promereamur , (quid enim mereamur?) imo potius, ob bona opera quæ facimus, obſtricti Deo ſumus, non autem Deus nobis . Siquidem ipſe eſt, qui efficit in nobis ut & velimus , & ut perficiamus pro ſuo beneplacito . Habita ratione eius quod ſcriptum eſt, Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite , ſervi inutiles ſumus; nam quod debuimus facere, hoc fecimus. Interim tamen non negamus, Deum bona opera remunerari: verùm gratiæ id eſſe dicimus , quod coronet ſua dona. Cæterùm, quamvis bona opera faciamus, non tamen ſalutis noſtræ fundamentum in iis

collo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

τὴν τὴν πίστιν τὴν δικαιοῦσαν ψυχραίνειν τὸν ἄνθρωπον ἤτοι ἀποτρέπειν τῆς ἁγιωσύνης, ὡς τοὐναντίον χωρὶς αὐτῆς οὐδένα οὐδέποτε τῆς καλοκαγαθίας ἀντέξεσθαι ἕνεκα Θεοῦ, ἀλλὰ τὸν μὲν τοῦ ἰδίου συμφέροντος ἐπιμελούμενον, τὸν δὲ τὸ κατάκριμα φοβούμενον. καὶ ἀδύνατον παντελῶς τὴν ἁγίαν πίστιν ἐκείνην ἐν ἀνθρώπῳ σχολάζειν (οὐ γὰρ πίστεως ματαίας καὶ νεκρᾶς ὁ + περὶ
λόγος, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς λεγομένης δι' ἀγάπης ἐνεργεῖσθαι) ἣ καὶ προτρέπει τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἄσκησιν τῶν ἔργων ὧν ὁ Θεὸς ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ ἐνετείλατο. καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἔργα ἐξ ὑγιαινούσης ῥίζας τῆς πίστεως βλαστάνοντα καλὰ καὶ τῷ Θεῷ ἀρέσκοντα ὑπάρχει, διὰ τὸ ἁγιάζεσθαι αὐτὰ τῇ αὐτοῦ χάριτι, πλὴν ἐς τὸ δικαιοῦν ἡμᾶς ῥοπὴν οὐκ ἔχει, πίστει γὰρ ἐς Χριστὸν δικαιούμεθα, καὶ τοῦτο μηδὲ πράξαντες τι ἀγαθὸν, ἐπεὶ ὄντως ἀγαθόν τι εἶναι χωρὶς πίστεως ἀσύστατον, ὥσπερ καλὸς ὁ καρπὸς εἶναι οὐ δύναται πρὶν ἂν καλὸν τὸ δένδρον γεγονέναι. τὸ καλὸν μὲν οὖν ἀπεργαζόμεθα, ἀλλ' οὐδαμῶς ἕνεκα τοῦ τῆς ἀμοιβῆς ἀξίους ἔσεσθαι (τίς γὰρ ἡμῶν ἡ ἀξία;) ἀλλά τε ἀνθ' ὧν κατορθοῦμεν ἡμεῖς τῷ Θεῷ ὀφειλέται ἐσμὲν ἀλλ' οὐχ ἡμῖν ὁ Θεὸς, οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. πα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

collocamus. Nullum enim opus facere poſſumus, quod non ſit carnis vitio pollutum, ac proinde pœnis dignum. Et quamvis vel unum ejuſmodi opus proferre poſſemus, unius tamen peccati recordatio ad illud rejiciendum coram Deo ſufficeret. Proinde ſemper in dubio, & ſine ulla certitudine hinc illinc fluctuaremus miſeræque noſtræ conſcientiæ perpetuo torquerentur, niſi in unico merito mortis & paſſionis Servatoris noſtri conquieſcerent.

XXV.

Credimus ceremonias & figuras Legis, Chriſti adventu ceſſaſſe, omneſque umbras finem accepiſſe: ideoque earum uſum, inter Chriſtianos aboleri debere. Ita tamen, ut nobis illarum veritas & ſubſtantia in Ieſu Chriſto maneat, in quo ſuum complementum habent. At-
que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

παρατηρητέον ἄρα τὸ γεγραμμένον· ὅταν ποιή-
σητε πάντα τὰ διαταχθέντα ἡμῖν, λέγετε ὅτι
δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι
πεποιήκαμεν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ οὐκ ἀρνούμεθα ταῖς
ἀγαθοεργίαις μισθὸν ἀποδώσειν τὸν Θεὸν, δω-
ρεὰν δὲ καὶ μετὰ χάριν τοῦτον τὸν μισθὸν διδόναι
αὐτὸν ἀποφαίνομεν, στεφανοῦντα ἐν ἡμῖν τὰ
ἑαυτοῦ δωρήματα. τὸ λοιπὸν, εἴ τι καλὸν δρῶ-
μεν οὐδαμῶς ἐπ᾽ αὐτὸ θεμελιῶμεν τὴν σωτη-
ρίαν ἡμῶν, ὅτι οὐδὲν τῶν καλῶν πράττειν οἷοί τε
ἐσμὲν μὴ τοῖς τῆς σαρκὸς ἐλλείμασι μεμολυσ-
μένον καὶ δίκαιον καὶ κολάσεως τυγχάνειν. εἰ δὲ καὶ
τοιοῦτόν τι ἔργον δυνατοὶ ἂν ἦμεν ἀποδεικνύναι,
οὐδὲν ἧττον καὶ ἑνὸς παρανομήματος ὑπόμνησις
ἀρκήσῃ ἂν πρὸς τὸ ἀφελεῖν τοῦτο ἀπέναντι
προσώπου τοῦ Θεοῦ. διὸ πάντοτε δίψυχοι ἂν ἦ-
μεν, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ῥιπιζόμενοι, καὶ αἱ
ἄθλιαι ἡμῶν συνειδήσεις κακῶνται ἂν ἀπαύ-
στως, εἰ μὴ μόνῃ τῇ τοῦ πάθους καὶ θανάτου κυ-
ριακοῦ ἀξίᾳ ἐπερείδωνται.

Κέ.

Πιστεύομεν τοὺς νομικοὺς τύπους καὶ σκιώδεις
ἱερουργίας πεπαῦσθαι ἐν τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ.
καὶ ἀφανιστέον εἶναι παρὰ τοὺς Χριστιανοὺς
αὐτῶν τὴν χρῆσιν, διατελούσης μέντοι ἡμῖν τῆς
αὐτῶν ἀληθείας καὶ τοῦ σώματος ὅ ἐστι Χριστὸς,

que interea , etiam è Lege & Prophetis deductis teſtimoniis adhuc utimur , ut nos in Euangelii doctrina confirmemus, vitamque noſtram , cum omni honeſtate , ad Dei gloriam , juxta ipſius voluntatem, componamus.

XXVI.

Credimus nos nullum acceſſum habere ad Deum , niſi per unicum Mediatorem & Advocatum Ieſum Chriſtum , juſtum illum, qui ideo factus eſt homo, unita humana natura cum divina , idque, ut nobis hominibus aditus ad divinam Majeſtatem patefieret, qui nobis alioquin erat præcluſus. Veruntamen hic Mediator, quem Pater inter ſe & nos conſtituit, ſua Majeſtate haudquaquam nos terrere debet, ut ad alium , pro arbitratu noſtro quærendum , ideò impellat . Nemo enim neque in cœlo , neque in terra inter creaturas eſt , qui nos impenſius amet , quam Ieſus Chriſtus ; qui ; quamvis eſſet in forma Dei ſeipſum exinanivit , forma hominis ac ſervi pro nobis accepta , & per omnia ſimilis factus eſt fratribus ſuis. Quod ſi igitur nobis alius interceſſor, qui bene erga nos affectus ſit , quærendus foret, quem, quæſo, inveniremus, qui nos magis

ἐν ᾧ τετελεσμέναι εἰσί. καὶ διὰ τοῦτο, τόν τε νό-
μον καὶ τοὺς προφήτας ἔτι καὶ νῦν μάρτυρας ἐ-
παγόμεθα, ἵνα ἐκ τούτων ἐν τῇ τοῦ εὐαγγελίου δι-
δαχῇ στηρίζωμεν, καὶ τὸν βίον ὅλον ἐν σεμνότητι
εἰς δόξαν Θεοῦ κατὰ αὐτοῦ τὸ θέλημα διάγωμεν.

Κϛ΄.

Πιστεύομεν ὅτι οὐδεμίαν ἔχομεν προσαγω-
γὴν πρὸς Θεὸν εἰ μὴ δι' ἑνὸς μεσίτου καὶ πα-
ρακλήτου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ δικαίου, ὃς τούτου
χάριν ἄνθρωπος ἐγένετο, τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει
τὴν Θείαν ἑνώσας, ἵνα ἡμῖν τοῖς ταλαιπώ-
ροις τὴν τούτου χωρὶς κεκλεισμένην εἴσοδον
πρὸς τὸ Θεῖον ἀνοίξῃ. τούτου δὲ τοῦ μεσίτου οὗ ὁ
πατὴρ ἀνὰ μέσον αὐτοῦ καὶ ἡμῶν συνέστηκεν οὐχ
ἡμᾶς οὕτως θορυβεῖτο τὸ ἀνάστημα ὥστε ἄλλον
κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν ἐπιζητεῖν, οὐδεὶς γὰρ οὐδὲ ἐν οὐ-
ρανῷ οὐδὲ ἐπὶ γῆς ἐστιν ἀγαπῶν ἡμᾶς ἐφ' ὅσον
Ἰησοῦς ὁ Χριστός. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων
ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁ-
μοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος δι' ἡμᾶς, καὶ
πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθείς. οὐκοῦν εἰ μέλ-
λωμεν ζητεῖν μεσίτην εὐνοϊκῶς τὰ καθ' ἡ-
μᾶς διακείμενον, τίνα ἂν εὑρήσωμεν τοῦ τε-
θνηκότος τὴν ψυχὴν ἀφ' ἑαυτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν
ἔτι ἐχθρῶν ὄντων; εἰ δὲ καὶ ζητήσωμεν ἐξουσίᾳ
καὶ δυνάμει διαλάμποντα, τίς ὅμοιος τοῦ

+ ἐπὶ πλεῖον ἀγαπῶντα ὑμᾶς

gis diligat, quam eum ipſum, qui pro nobis, etiam cum adhuc inimici ejus eſſemus, vitam ſuam expoſuit? Si porro quærendus aliquis eſt, qui authoritate & potentia valeat, quis eſt ille qui tanta polleat, atque is, qui ad Dei Patris dexteram ſedet, quique omnem poteſtatem habet in cœlo & in terra? Et quis facilius exaudietur, quam proprius & unicè dilectus filius Dei? Sola igitur diffidentia morem hunc invexit, ut Sanctos ignominia honoris loco afficiant: dum id agunt, quod illi numquam fecerunt; nec ſibi deferri poſtularunt; ſed conſtanter & pro officio ſuo rejecerunt, ſicut ex ſcriptis eorum patet. Neque hic noſtra indignitas prætexenda eſt. Non enim hic quæritur de precibus noſtra dignitate Deo, ſed ſola Domini noſtri Ieſu Chriſti excellentia & dignitate offerendis; Cujus juſtitia noſtra eſt per fidem. Unde meritò Apoſtolus, ut nobis ineptum timorem, aut potius diffidentiam excutiat, Chriſtum ait, per omnia fratribus ſuis ſimilem factum fuiſſe, ut miſericors eſſet & fidelis pontifex, ad expianda peccata populi. Nam ex eo quod perpeſſus fuit, quum tentatus eſt, poteſt & iis qui tentantur ſuccurrere: & inſuper, ut animos majores nobis addat, ad Deum accedendi, dicit: Habentes igitur Pontifi-

cem

καθίζοντι ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ εἰληφότι πᾶσαν ἐξουσίαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς; τίς δὲ καὶ θᾶττον εἰσακουσθήσεται τοῦ μονογενοῦς καὶ ἀγαπητοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ; ἀπιστίᾳ οὖν εἰσαχθῆναι τοιοῦτον τὸ ἔθος δηλονότι, καθ' ὃ τοὺς ἁγίους θεραπεύειν νομίζοντες ἀτιμῶσιν οἱ ἄνθρωποι, συντεκοῦντες ταῦτα μηδέποτε πραχθέντα ἢ καὶ ἐπιθυμηθέντα αὐτοῖς, ἀλλὰ εὐτόνως καὶ προσηκόντως ἀπολεχθέντα, καθάπερ αὐτῶν αἱ συγγραφαὶ μαρτυροῦσι. μηδὲ προφασιστέον τὸ παρ' ἡμῖν ἀνάξιον, οὐ γὰρ τῇ ἰδίᾳ πεποιθότες ἀξίᾳ τὰς ἡμῶν δεήσεις προσφέρομεν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ μόνῃ τῇ ὑπεροχῇ καὶ ἀξίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ ἡ δικαιοσύνη ἡμετέρα διὰ πίστεως γέγονε· ὅθεν εἰκότως ὁ ἀπόστολος ἀφελὼν ἡμᾶς τὸ κενὸν ταύτης τῆς δειλίας, μᾶλλον δὲ ἀπιστίας, Χριστόν φησι κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ· ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. καὶ αὖθις βουλόμενος παραθαρρύνειν ἡμᾶς πρὸς τὸ προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ· ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα, φησί, μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον

cem magnum Ieſum Filium Dei qui penetravit cœlos, teneamus hanc profeſſionem. Non enim habemus Pontificem magnum, qui non poſſit affici ſenſu infirmitatum noſtrarum, ſed tentatum ſimiliter in omnibus excepto peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut conſequamur miſericordiam & gratiam inveniamus, ad opportunum auxilium. Idem Apoſtolus ait, Nos habere libertatem ingrediendi ſacrarium per ſanguinem Ieſu. Accedamus igitur, inquit, cum certa perſuaſione fidei, &c. Item, Chriſtus perpetuum habet ſacerdotium: Unde & ſervare poteſt eos, qui per ipſum accedunt ad Deum, ſemper vivens, ut interpellet pro eis. Quid amplius requiri poteſt? Cum Chriſtus ipſe pronuntiet, Ego ſum via, veritas & vita: Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Cur, quæſo, alium nobis advocatum quæramus? Quandoquidem Deo placuit, filium ſuum advocatum nobis dare, ne hoc derelicto aſſumamus alium: aut quæramus potius, quem nuſquam alibi inveniamus. Sciebat enim probè Deus, cum hunc nobis daret, peccatores nos eſſe. Proinde ſecundum mandatum Chriſti, Patrem cœleſtem per Chriſtum unicum Mediatorem noſtrum invocamus, quemadmodum in Oratione Dominica edocti ſumus: certò perſuaſi, nos

ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπει-
ρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς
ἁμαρτίας. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παρρησίας Χομένου
τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος ἵνα λάβωμεν ἔλεον καὶ χά-
ριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν. καὶ πά-
λιν ἔχοντες παρρησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων
ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ προσερχώμεθα ἐν πληρο-
φορίᾳ πίστεως, καὶ τὰ λοιπά. ἔτι τε Χριστὸς
ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην, ὅθεν καὶ σώζειν
εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσαρχομένους
δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγ-
χάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. τί ἂν πέρα τούτων ἐπιπο-
θήσωμεν; αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ μαρτυροῦντος· ἐγώ εἰ-
μι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· οὐδεὶς ἔρχεται
πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ· ἕτερον δὲ προσ-
παρακαλεῖν τινα χρείαν ἔχομεν; εὐδοκήσαν-
τος γὰρ τοῦ πατρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἡμῖν παρά-
κλητον δοῦναι μὴ δῆτα τοῦτον ἀφέντες ἑτέρῳ
προσέχωμεν τὸν νοῦν, ἢ μᾶλλον φαντασθῶμεν
ζητοῦντες ὃν ἀλλαχοῦ οὐδέποτε εὑρήσομεν. οὐ
γὰρ ἠγνόει ὁ Θεὸς ὅταν ἐδίδου ἡμῖν τὸν μονο-
γενῆ ὡς ἄθλιοι ἦμεν ἁμαρτωλοί. ἀκολούθως
τοῖς εἰρημένοις προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπι-
ταγῇ ἐπικαλοῦμεν τὸν πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς δι' ἕνα μεσίτην Ἰησοῦν, καθάπερ ἐν τῇ ὑπ'
αὐτοῦ ὑφηγηθείσῃ προσευχῇ ἡμᾶς ἐδίδαξε,

πεπεισ-

ea omnia impetraturos, quæ à Patre in nomine ipſius petierimus.

XXVII.

Credimus & confitemur, unicam Eccleſiam Catholicam ſeu Univerſalem, quæ eſt congregatio ſancta, ſeu cœtus omnium verè fidelium Chriſtianorum, qui totam ſuam ſalutem in uno Ieſu Chriſto expectant, ſanguine ipſius abluti, & per Spiritum ejus ſanctificati atque obſignati. Hæc porro Eccleſia & ab initio mundi fuit, & uſque ad ejus finem perdurabit: ut ex eo apparet, quod Chriſtus Rex æternus eſt, qui ſine ſubditis eſſe nequit. Atque hanc Sanctam Eccleſiam Deus contra totius mundi furorem defendit; quamvis ad aliquod tempus exigua ſit, & quaſi extincta in hominum conſpectu, appareat: Quemadmodum durante periculoſiſſimo illo Achabi tempore, Deus ſeptem millia virorum ſibi reſervarat, qui coram Baal genu non flexerant. Præterea ſancta hæc Eccleſia certo in loco non eſt ſita, vel limitata, aut ad certas ſingulareſque perſonas alligata, ſed per totum mundum ſparſa atque diffuſa. Quamvis corde ac voluntate, in uno eodemque Spiritu, virtute fidei, conjuncta unitaque ſit.

Cre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

πεπεισμένοι ὅτι ἐάν τι αἰτήσωμεν τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ δώσει ἡμῖν·

Κζʹ.

Πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν μίαν Ἐκκλησίαν Καθολικὴν ἥτις ἐστὶ σύστασις ἁγία πάντων ἀληθῶς πιστῶν Χριστιανῶν τὴν ἑαυτῶν ὁλόκληρον σωτηρίαν ἐκ μόνου τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ προσδοκώντων, ἀπολουθέντων αὐτοῦ τῷ αἵματι, ἁγιασθέντων καὶ σφραγισθέντων αὐτοῦ τῷ πνεύματι. αὕτη δὲ ἡ ἐκκλησία ὥσπερ ἦν ἀπ' ἀρχῆς οὕτως καὶ ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος παραμένουσα διατελέσει. βασιλεὺς γὰρ αἰώνιός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὃν ποτὲ τῶν ἀρχομένων ἐς τὸ παράπαν ἀποστερήσεσθαι ἀδύνατον. φυλάττει μὲν οὖν τήνδε τὴν ἐκκλησίαν ὁ Θεὸς ἀπὸ μανίας καὶ ἐπιδρομῆς ὅλου τοῦ κόσμου καίπερ ἐστὶν ὅτε ἐπὶ χρόνον μικρὰ τυγχάνει οὖσα καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθείσῃ ἐοικυῖα· οἷον ἐπ' Ἀχαὰβ καιρῷ ὡς μάλιστα ἐπικινδύνῳ ἡνίκα κατέλιπεν ἑαυτῷ ὁ κύριος ἑπτακισχιλίους ἄνδρας οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῷ Βάαλ. τὸ τελευταῖον αὕτη ἡ ἁγία ἐκκλησία μηδὲ τόποις μηδὲ προσώποις ὁρίζεται, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς οἰκουμένης διεσπάρη, ὅμως δ' οὖν ἑνωθεῖσα τὰς καρδίας καὶ τὰ θελήματα εἰς ἓν πνεῦμα δι' ἐνεργείας τῆς πίστεως.

Πιστεύο-

XXVIII.

Credimus, quod cum Sanctus hic cœtus & congregatio, ſervandorum ſit cœtus, atque extra eam nulla ſit ſalus, neminem cujuſcunque ordinis aut dignitatis fuerit, ſeſe ab ea ſubducere debere, ut ſeipſo contentus ſeparatim degat: ſed omnes pariter teneri huic ſe adjungere, eique uniri, Eccleſiæ unitatem conſervare, ſeſeque illius doctrinæ & diſciplinæ ſubjicere, collum Ieſu Chriſti jugo ſubmittere, & tanquam communia ejuſdem corporis membra, fratrum ædificationi inſervire, prout Deus unicuique ſua dona fuerit largitus. Vt porro melius hoc obſervetur, omnium fidelium officium eſt, ſeſe ſecundum Dei verbum, ab iis omnibus qui extra Eccleſiam ſunt, diſiungere, ut huic ſe congregationi adjungant, ubicunque illam Deus conſtituerit: quamvis Magiſtratus Principumque Edictis adverſantibus, quinimo, licet mors aut qualiſcunque corporis pœna ſubeunda eſſet. Quicunque igitur à vera illa Eccleſia recedunt, aut ſe illi non aggregant, Dei mandato repugnant.

Credi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Κή.

Πιστεύομεν, ἐπειδήπερ αὕτη ἡ ἁγία ἐκκλησία σύστημά ἐστι τῶν μελλόντων σωθήσεσθαι, καὶ οὐκ ἔστιν ἔξω αὐτῆς τῆς σωτηρίας τυγχάνειν, μηδενὶ ἐξεῖναι, ὁποῖος ἂν ᾖ ποτε τὴν τάξιν ἢ τὸ ἀξίωμα, χωρίζεσθαι ἀπ' αὐτῆς καὶ ἀπηλλαγμένως τῆς κοινωνίας ἰδιοπραγεῖν· ἀλλὰ πάντας ὀφείλειν πρὸς αὐτὴν συνάγεσθαι τηροῦντας ἀκριβῶς τὴν ἑνότητα τῆς ἐκκλησίας, τῇ ταύτης παιδαγωγίᾳ ἑαυτοὺς ὑποτάσσοντας καὶ αἴροντας τὸν ζυγὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφ' ἑαυτοὺς ὡς κοινὰ ἑνὸς σώματος μέλη τῇ τῶν ἀδελφῶν οἰκοδομῇ ὑπηρετοῦντας, ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεὸς τὰς ἑαυτοῦ δωρεάς. καὶ περὶ τούτων ἵνα μᾶλλον σπουδάσωσι, πάντων τῶν πιστευόντων ἔργον ἐστὶν ἀκολούθως τοῖς θείοις λογίοις ἀφορίζεσθαι μὲν τῶν ἔξω τῆς ἐκκλησίας, προσκολλᾶσθαι δὲ τῷ πλήθει τῶν πιστευσάντων ὅπου ἐὰν ὑπὸ Θεοῦ συνήχθη, κἂν τῶν ἀρχόντων διπλώματα ἐναντιῶσιν, ὁριζόντων καὶ σωματικὸν θάνατον ἢ τι ἄλλο ζημίαν τοῖς τοῦτο πράττουσι. πᾶς οὖν ταύτης τῆς ἀληθινῆς ἐκκλησίας ἀποστὰς, ἤτοι ταύτης τὴν κοινωνίαν ὑπερορῶν δῆλός ἐστι τῇ τοῦ Θεοῦ ἐντολῇ μαχόμενος.

Πιστεύο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

XXIX.

Credimus, inprimis diligenter ac circumſpectè ex verbo Dei diſcernendum eſſe, quænam vera ſit Eccleſia, ſiquidem omnes ſectæ, quotquot hodie in mundo ſunt, Eccleſiæ nomen prætexunt. Nequaquam verò hic de hypocritarum cœtu loquimur, qui quanquam bonis in Eccleſia permixti ſint, de Eccleſia tamen non ſunt, etiam ſi corpore in ea ſint: Sed Eccleſiæ veræ corpus & communionem ejus ab omnibus aliis ſectis, quæ ſe dictitant Eccleſiam, diſtinguimus. Notæ quibus vera Eccleſia cognoſcitur, hæ ſunt: Si Eccleſia pura Euangelii prædicatione, ſi ſincera Sacramentorum, ex Chriſti præſcripto, adminiſtratione, utatur: ſi diſciplina Eccleſiaſtica, ut vitia corrigantur, obtineat. In ſumma, ſi ad normam Verbi divini omnia exigantur; ac quæcunque huic repugnant, rejiciantur. Ieſus Chriſtus denique, unicum caput agnoſcatur. Atque hinc vera Eccleſia certô dignoſci poteſt, à qua fas non eſt quenquam ſe disiungere. Quantum autem eos attinet, qui Eccleſiæ membra ſunt, ij ex Chriſtianorum notis cognoſci poſſunt, ex fide ſcilicet, & quando Ieſu Chriſto, ut

unico

ΚΘʹ.

Πιστεύομεν ὅτι μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ φροντίδος ἐκ τοῦ Θεοῦ ῥήματος δεῖ σκοπεῖν καὶ διορίζειν τίς ἄρα ἐστὶν ἡ εἰρημένη ἁγία ἐκκλησία. ἐπεὶ ὅσαι σήμερον ἐπέχουσιν αἱρέσεις τῆς ἐκκλησίας προσηγορίᾳ καλλωπίζονται· οὐ μὴν περὶ πλήθους ὑποκριτῶν ἤδη ὁ λόγος τῶν τοῖς ἁγίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μίγδην συντριβόντων, οὐ γὰρ ὄντως τῆς ἐκκλησίας μέλη εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι κἂν σωματικῶν παραγινόμενοι, ἀλλὰ τῆς ἀληθινῆς ἐκκλησίας τό τε σῶμα καὶ τὴν κοινωνίαν ταῖς ψευδωνύμοις ἀκριβῶς ἀντιδιαιρέομεν. καὶ τὰ μὲν τεκμήρια τὴν ἀψευδῆ ἐκκλησίαν γνωρίζοντα ταῦτά ἐστιν. ἐὰν ἐν αὐτῇ τὸ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου κήρυγμα καὶ τὰ περὶ τῶν μυστηρίων διοίκησιν τελούμενα ἀμέμπτως ἔχῃ, ἐὰν ἡ ἐκκλησιαστικὴ παιδαγωγία πρὸς κόλασιν ἁμαρτιῶν προσηκόντως ἀσκῆται, καθόλου δὲ ἐὰν ἡ ἐκκλησία τὰ πάντα κατὰ κανόνα τοῦ Θείου λόγου ἐξετάζῃ, κατακρίνουσα ὅσα ἂν τούτῳ ἐναντίοι, Ἰησοῦν Χριστὸν μόνον κεφαλὴν ἡγουμένη. τούτοισι μὲν οὖν τοῖς σημείοις τὴν νημερτῆ ἐκκλησίαν καταvοῆσαι οὐ δυσχερές, ἧς ἀφορίζεσθαί τινα οὐχ ὅσιον νομίζομεν. καὶ τοὺς δὲ γνησίους αὐτῆς πολίτας τὰ τῶν Χριστιανῶν δείγματα δηλοῖ, οἷον

ἡ πίστις

unico Servatore, recepto, peccatum fugiunt, juſtitiam conſectantur, verum Deum ac proximos ſuos diligunt, neque ad dexteram aut ſiniſtram deflectunt; carnemque ſuam, cum eius operibus crucifigunt. Minimè id quidem quaſi magna in illis non ſuperſit infirmitas, ſed quod adverſus illam, per omne vitæ tempus, Spiritu depugnent, ac perpetuò ad ſanguinem, mortem, paſſionem, & obedientiam Domini Ieſu refugiant; per quem remiſſionem peccatorum ſuorum fide in ipſum habent. Quod ad falſam verò attinet Eccleſiam, ea ſibi, ſuisque inſtitutis plus authoritatis, quam verbo Dei attribuit; Chriſti jugo ſe ſubjicere recuſat; neque Sacramenta, prout Chriſtus in verbo ſuo praſcripſit, adminiſtrat, ſed illis pro arbitrio addit, detrahitque: hominibus plus quam Ieſu Chriſto nititur; & eos qui ſanctè ſecundum Dei verbum vivunt, quique vitia illius, veluti avaritiam & idololatriam reprehendunt, perſequitur. Ex his igitur facile eſt utramque Eccleſiam cognoſcere, & unum ab altera diſcernere.

Credi-

ἡ πίστις, δι᾽ ἧς τὸν μόνον σωτῆρα Χριστὸν εἰλη-
φότες φεύγουσι τὸ ἁμαρτάνειν καὶ διώκουσι τὸ
δικαιοπραγεῖν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἅμα καὶ τὸν
πλησίον ἀγαπῶσιν, οὐκ ἐκκλίνοντες δεξιᾷ οὐ-
δὲ ἀριστερᾷ, σταυροῦντες τὴν σάρκα σὺν τοῖς
ἔργοις αὐτῆς· οὐχ ὅτι ἤδη τετελειωμένοι εἰσί,
πάσας δὲ τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν δι᾽ ἐνερ-
γείας τοῦ πνεύματος ταῖς ἑαυτῶν ἀσθενείαις
μαχόμενοι διατελοῦσι, καταφυγὴν ἀσφα-
λεστάτην θαμινῶς ἑλόμενοι τὸ αἷμα, τὸν θά-
νατον, τὸ πάθος, τὴν ὑπακοὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
ἐν ᾧ μόνῳ ἔχουσι τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τῆς πί-
στεως εἰς αὐτὸν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. τοὐ-
ναντίον ἡ ψευδώνυμος ἐκκλησία ἑαυτῇ καὶ
ταῖς ἰδίαις παραδόσεσι πλεῖον ἢ τῷ Θεοῦ
ῥήματι ἀπονέμει, Χριστοῦ δὲ τὸν ζυγὸν οὐ δέχεται,
μηδὲ κατ᾽ αὐτοῦ τὴν ἐντολὴν τοῖς μυστηρίοις
διακονεῖ, ἀλλὰ κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῇ, ποτὲ μὲν
προστίθησι, ποτὲ δὲ ἀφαιρεῖ, πολὺ πλέον τοῖς
ἀνθρώποις ἢ τῷ Χριστῷ ἐπισκηπτομένη, καὶ
τοὺς τὴν μὲν θεοσέβειαν ζηλοῦντας, αὐτῆς δὲ
τὴν ἀκαθαρσίαν, πλεονεξίαν τε καὶ εἰδωλομα-
νίαν ψέγοντας ἀδιαλλάκτως διώκει. ἐκ τῶν-
δε πρόχειρόν ἐστι διαλογίζεσθαι τῶν ἐκκλησιῶν
τὴν γνησίαν καὶ τὴν μή.

Πιστεύο-

XXX.

Credimus, veram hanc Eccleſiam Spirituali illa Politia, quam nos Deus verbo ſuo docuit, gubernari debere : ut, videlicet, Miniſtri ſeu Paſtores ſint, qui verbum Dei annuncient, & Sacramenta adminiſtrent : Seniores quoque ſint & Diaconi, qui cum Paſtoribus, Senatum quaſi Eccleſiæ conſtituant: ut hac ratione vera religio conſervari, veraque doctrina paſſim propagari poſſit, quin & homines vitioſi, ſpiritualiter corripiantur, atque refrænentur: pauperibus item & afflictis auxilio & conſolatione, pro cujuſque neceſſitate, ſuccurratur. Hac quidem ratione, rite omnia & ordine gerentur in Eccleſia, cum viri fideles eligentur, juxta regulam ab Apoſtolo Paulo in ſua ad Timotheum Epiſtola, præſcriptam.

XXXI.

Credimus Miniſtros divini verbi, Seniores & Diaconos ad functiones ſuas legitima Eccleſiæ electione, cum nominis divini invocatione, eoque ordine, qui verbo Dei docetur, eligi debere. Quilibet itaque cavere debet, ne illicitis mediis ſeſe ingerat, ſed expectet tempus, quo à Deo vocetur; ut habeat vocationis ſuæ teſtimonium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Λ'.

Πιστεύομεν ταύτην τὴν ἀληθινὴν ἐκκλησίαν κυβερνατέον εἶναι διὰ τῆς ἡμῖν ὑπὸ Θεοῦ ἐν αὐτοῦ ῥήματι ἐκτεθείσης πνευματικῆς πολιτείας. ποιμένας μὲν οὖν ἢ ὑπηρέτας δεῖ ὑπάρχειν τοὺς καθαρῶς τὸν λόγον κηρύξοντας καὶ τὰ περὶ μυστήρια τελήσοντας. ἔσονται δὲ καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι ἐκκλησιαστικῆς συγκλήτου ἀνάστημα ἔχοντες καὶ τάξιν, ἵνα δι' αὐτῶν ἡ εἰλικρινὴς θρησκεία διασώζηται καὶ ὁ πιστὸς λόγος τοῦ κυρίου τρέχῃ ἔπι τε καὶ οἱ παρανενομηκότες πνευματικῶς χαλιναγωγούμενοι σωφρονίζωνται, πτωχοί τε καὶ θλιβόμενοι βοηθείας καὶ παραμυθίας τῆς προσηκούσης οὐκ ἐλλείπωσι. τηνικαῦτα γοῦν τὰ πάντα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν διοικήσεται ἡνίκα ἄνδρες πιστοί τε καὶ εὐλαβεῖς καθιστήσονται. καθὰ ἁγ. Παῦλος ἡμῖν ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον διετάξατο.

Λά.

Πιστεύομεν τοὺς ὑπηρέτας τοῦ Θείου λόγου, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους εἰς ταῦτα τὰ ἔργα δεῖν καλεῖσθαι καὶ προάγεσθαι νομίμως, ὑπ' ἐκκλησίας μετὰ προσευχῶν χειροτονουμένους, ὃν τρόπον ἡ ἁγία γραφὴ ἐνετείλατο. φυλακτέον οὖν ὡς μάλιστα μήτις ἀθέσμως ταύτας

ὑποδύσῃ

quo certus & perſuaſus ſit eam à Domino eſſe. Quantum verò attinet divini verbi Miniſtros, ubicumque locorum ſint, eandem illi poteſtatem & authoritatem habent, ut qui omnes ſint Chriſti, unici illius Epiſcopi univerſalis, unicique capitis Eccleſiæ, Miniſtri. Inſuper ne ſancta hæc Dei ordinatio violetur, aut in contemptum abeat, dicimus teneri omnes, ut verbi divini Miniſtros & Seniores Eccleſiæ, propter opus cui incumbunt, omni honore proſequantur, cumque illis, ſine obmurmuratione, rixis & contentionibus, quantum quidem ejus poteſt fieri, pacem colant.

XXXII.

Credimus interea, quamvis utile & bonum ſit, Gubernatores Eccleſiæ, ordinem aliquem certum inter ſe, ad conſervationem corporis Eccleſiæ inſtituere & ſtabilire: debere tamen eos ſtudioſè cavere, ne ab iis deflectant, quæ Chriſtus unicus magiſter noſter inſtituit. Quapropter, rejicimus omnia inventa humana, omneſque leges quæ pro cultu Dei, à quocunque introduci poſſunt, ut iiſdem conſcientiæ ullo omnino modo devinciantur atque conſtringantur. Illud itaque ſolum ſuſcipimus, quod ad conſervandam & alendam concordiam atque unitatem, omneſque in

Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ὑποδύσῃ τὰς τάξεις, ἀλλὰ ἀπεχέσθω ἕκαστος ἕως ἂν πρὸς Θεοῦ καλῆται, ἵνα παρ' ἑαυτοῦ πεπληροφορημένος ᾖ τῆς θείας κλήσεως τετυχηκέναι. οἱ δὲ λειτουργοὶ ὅπου ποτὲ γῆς ὄντες τυγχάνουσιν ἐς τὸ παράπαν ἐξισάζονται τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν τάξιν, ὁμαλῶς ἑνὶ μόνῳ ἐπισκόπῳ οἰκουμενικῷ καὶ τῆς ἐκκλησίας κεφαλῇ Χριστῷ διακονούμενοι· τὸ λοιπὸν, ἵνα μὴ συμβαίνῃ ταύτην τὴν ἁγίαν διακονίαν καταπατήσεσθαι ἑκάστῳ προσήκει τοὺς κοπιῶντας ἐν λόγῳ καὶ πρεσβυτέρους οὐ τῆς τυχούσης τιμῆς ἀξιοῦν διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν, καὶ μετ' αὐτῶν εἰρηνεύειν εἰ δυνατὸν χωρὶς γογγυσμοῦ, ἔριδος καὶ διχονοίας.

Λβ'.

Πιστεύομεν καλῶς μὲν ἔχειν, τὸ τοὺς προστατεύοντας πρεσβυτέρους κανονίζειν πως τὰ ἐκκλησιαστικὰ, εἰς τὴν τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ἀβλάβειαν, πλὴν ἀκριβῶς φυλακτέον μήποτε ἀπὸ τῶν τοῦ ἑνὸς ἡμῶν διδασκάλου Χριστοῦ θεσμῶν παραφέρωνται. καὶ διὰ τοῦτο, τὰ τῶν ἀνθρώπων εὑρήματα πρὸς θρησκείαν εἰσφερόμενα καὶ βρόχον ἐπιβάλλοντα ταῖς συνειδήσεσιν ἀποδοκιμάζομεν, προσδεχόμενοι μόνον τὰ ὄντως τῆς ὁμονοίας καὶ πρὸς τὸν Θεὸν

εὐσε-

Dei obedientiam retinendos idoneum eſt. Ad id verò inprimis requiritur Excommunicatio, juxta verbum Dei, cum reliquis eius appendicibus uſurpata.

XXXIII.

Credimus, benignum illum Deum noſtrum, habita habitudinis & infirmitatis noſtræ ratione, Sacramenta nobis inſtituiſſe ut promiſſa ſua in nobis obſignaret, utque divinæ erga nos benevolentiæ ac gratiæ, eſſent pignora. Quin etiam ad fidem noſtram fovendam & ſuſtentandam. Quæ quidem verbo Euangelij addidit, ut efficacibus ſenſibus noſtris externis exhiberet, tam ea quæ nobis externè verbo ſuo declarat quam quæ in cordibus noſtris internè operatur; ut eo magis ratam in nobis faciat ſalutem, quam nobis communicat. Sunt enim ſymbola & ſigilla viſibilia, rei internæ & inviſibilis per quæ, ceu media, Deus virtute Spiritus Sancti, in nobis operatur. Signa itaque minimè vana ſunt & vacua, ad nos decipiendos ac fruſtrandos inſtituta. Ieſum Chriſtum enim pro ſua veritate habent, ſine quo, nullius prorſus eſſent momenti. Præterea ſufficit nobis is Sacramentorum numerus, quem Chriſtus, magiſter noſter, inſtituit: quæ duo duntaxat ſunt, nimirum Sacramentum Baptiſmi, & S. Cœnæ Ieſu Chriſti.

Credi-

εὐσεβείας τηρητικά, ὧν ἐστιν ἡ θεοπαράδοτος ἀφόρισις ἤτοι ἀναθεματισμὸς καὶ τὰ τούτου ἐχόμενα.

Λγ΄.

Πιστεύομεν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν τῆς ἡμετέρας βραδυνοίας καὶ ἀσθενείας λόγον ἔχοντα διατεταχέναι ἡμῖν τὰ μυστήρια, ἵνα τῇ τούτων χρήσει τὰς αὐτοῦ ἐπαγγελίας ἡμῖν οἷον ἐπισφραγίσῃ, καὶ ἵνα τῆς αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς εὐνοίας καὶ χάριτος ἐνέχυρα γένηται, πρὸς αὔξησιν καὶ στηριγμὸν τῆς πίστεως ἡμῶν· προσετέθη δὲ τὰ μυστήρια τῷ τοῦ εὐαγγελίου λόγῳ, ἵνα τὰ τῷ ἑαυτοῦ ῥήματι σαφηνισθέντα καὶ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐνεργηθέντα ἔτι ἐναργέστερον τοῖς ἐξωτέροις αἰσθήμασι σαφηνίσῃ, καὶ ἀεὶ μᾶλλον ἡμᾶς διασφαλίσῃ ὅτι μετέχομεν ἧς ἡμᾶς ἠξίωσε σωτηρίας. ἔστι γὰρ τὰ μυστήρια ὁρατὰ τῶν ἀοράτων σύμβολά τε καὶ σφραγίσματα δι' ὧν ἐργάζεται ἐν ἡμῖν ὁ Θεὸς, συνεργοῦντος τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅθεν οὐδαμῶς κενά ἐστι ταῦτα τὰ σημεῖα οὐδὲ ἀπατηλά, ἡ γὰρ ἀλήθεια αὐτῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ δίχα οὐκ ἂν ὠφελῇ οὐδέν· τὸ λοιπὸν, ἱκανὸς ἡμῖν δοκεῖ ὁ τῶν μυστηρίων ἀριθμὸς ὅσον ὁ Χριστὸς ἐδιδάξατο, δυοῖν δῆθεν, τοῦ ἱεροῦ βαπτισμοῦ καὶ τοῦ κυριακοῦ δείπνου.

XXXIV.

Credimus & confitemur Ieſum Chriſtum, qui finis legis eſt, ſuo ſanguine effuſo, omni alii ſanguinis effuſioni, finem impoſuiſſe, quam ad peccatorum propitiationem aut ſatisfactionem quiſquam adhibere poſſit, aut velit: & abolita circumciſione, quæ per ſanguinem fiebat; Baptiſmi Sacramentum illius loco inſtituiſſe; quo in Dei Eccleſiam recipimur, & à cunctis aliis gentibus, ac peregrinis omnibus religionibus, ſegregamur. Vt illi toti conſecremur, cujus characterem & inſignia geſtamus. Eſtque nobis teſtimonio, illum perpetuo Deum noſtrum & patrem propitium fore. Mandavit itaque, ut omnes qui ſui ſunt, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti pura puta aqua baptizentur: ut eo ſignificet, quod ſicuti aqua in nos effuſa, & ſuper corpus baptizati conſpicua; ipſumque aſpergens, ſordes corporis abluit: ſic & ſanguis Chriſti per Spiritum ſanctum idem præſtat interne in anima, adſpergens eam & a peccatis ſuis mundans, noſque ex filiis iræ in filios Dei regenerans. Non quod aqua materialis id efficiat, ſed aſperſio precioſi

ſanguinis

Λδ΄.

Πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν Ἰησοῦν Χριστὸν ὅς ἐστι τέλος νόμου παντοίαν ἄλλην αἱματεκχυσίαν ἱλαστικὴν τῇ ἰδίου αἵματος ἐκχύσει καταλελυκέναι, καὶ τῇ περιτομῇ τῇ ἐν αἵματι ἀποκυρωθείσῃ ἀντικαθεστακέναι τὸ τοῦ βαπτισμοῦ μυστήριον δι᾽ οὗ τῇ μὲν Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐνσωματούμεθα, ἐθνῶν δὲ καὶ πάσης ἀλλοφύλου χωριζόμεθα θρησκείας, τούτῳ μόνον ἀφιερωθέντες οὗ τῷ χαρακτῆρι χρώμενοι ἐσμέν. οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ μαρτυρίαν παρέχει ἡμῖν τὸ ἱερὸν βάπτισμα, ὅτι ὁ Θεὸς Θεὸς ἡμῶν καὶ χρηστὸς πατὴρ ὑπάρχων διατελήσει εἰς τὸν αἰῶνα. ἐκέλευσε μὲν οὖν ὁ κύριος τοὺς πάντας τοὺς ἑαυτοῦ ὄντας βαπτίσεσθαι ἐν ὕδατι καθαρῷ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· δηλωσάμενος, ὡς τὸ ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐκχεόμενον καὶ ἐπάνω τοῦ σώματος τοῦ βαπτιζομένου ὁρώμενον καὶ τοῦτο ῥαντίζον ὕδωρ τοῦτο ἀπορρύπτει τὴν ἀκαθαρσίαν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ αἷμα Χριστοῦ δι᾽ ἁγίου πνεύματος ταὐτὸν κατεργάζεσθαι ἔνδον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ῥαντίζον αὐτὰς καὶ καθαρίζον ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, καὶ ἀναγεννῶν ἡμᾶς τέκνα φύσει ὀργῆς εἰς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ. οὐχ᾽ ὅτι ἡ ἔξω ὑδατολουσία τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ ὁ ῥαντισμὸς τοῦ τιμιω-

ſanguinis Filii Dei: qui nobis eſt, ceu mare illud rubrum, per quod tranſeundum eſt, ut è tyrannide Pharaonis, id eſt, Diaboli; egredi, & in ſpiritualem terram Canaan, ingredi poſſimus. Ac proinde, Miniſtri quidem, quantum ad ſe attinet, præbent nobis Sacramentum & rem viſibilem, Dominus vero noſter, donat id, quod Sacramento ſignificatur; dona nempe & inviſibilem gratiam, abluens, purgans, mundanſque noſtras animas, a cunctis ſordibus & iniquitatibus; renovans item corda noſtra, eaque omni conſolatione replens; veram fiduciam paternæ ſuæ benignitatis nobis largiens, novoque homine nos induens: vetere autem, cum omnibus factis ejus, exuens. Hanc ob cauſſam credimus, omnem hominem, qui id ſatagit, ut vitam æternam conſequatur, ſemel unico Baptiſmo illo qui in poſterum non iteretur, baptizari debere: cum ne naſci quidem bis poſſimus. Neque tamen hic Baptiſmus tunc duntaxat prodeſt, cum aqua ſuper nos effunditur & a nobis ſuſcipitur, cum illius uſus ſeſe ad totum vitæ noſtræ curriculum extendat. Anabaptiſtarum itaque errorem deteſtamur, qui unico & ſemel ſuſcepto Baptiſmo contenti non ſunt: ac præterea, Baptiſmum infantium fidelibus parentibus natorum, damnant: quos baptizandos & fœderis ſigno obſignandos eſſe credimus, ſicuti olim infantes circum-

τούτου αἵματος Χριστοῦ, ὃ ἡμῖν οἷα δὴ ἐρυθρὰ θάλασσά ἐστιν ἣν δεῖ ἡμᾶς περαιοῦν ἵνα σωθέντες ἀπὸ τυραννίδος τοῦ Φαραὼ τοῦ Σατᾶν εἰς τὴν πνευματικὴν γῆν Χαναὰν εἰσπορεύεσθαι δυνώμεθα. οἱ μὲν οὖν ὑπηρέται τὰ μυστήρια ἡμῖν καὶ τὸ ὁρατὸν παρέχουσιν, ὁ δὲ κύριος τὰ τοῖσι μυστηρίοισι σημαινόμενα ἀόρατα τοῦ Θεοῦ χαρίσματα, ἀπολούων καὶ ἁγιάζων ἡμῶν τὰς ψυχὰς ἀπὸ παντὸς μιάσματος καὶ πάσης ἀνομίας, ἀνακαινίζων καὶ πάσης παρακλήσεως ἀναπληροῦν τὰς ἡμῶν καρδίας, ἐπιχορηγῶν ἡμῖν ἀναμφίβολον πατρικῆς ἑαυτοῦ εὐνοίας πληροφορίαν, ἐνδύων μὲν ἡμᾶς τὸν καινὸν ἄνθρωπον, ἀπεκδύων δὲ τὸν παλαιὸν σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ. τούτων ἕνεκα πιστεύομεν πάντα ἄνθρωπον ὅστις βούλεται σωθῆναι ὀφείλειν ἑνὶ βαπτισμῷ ἅπαξ βρέχεσθαι, ἀναβαπτίζεσθαι δὲ μηδέποτε, ἀδυνάτου ὄντος καὶ ἔπι δεύτερον φύεσθαι· ὠφελεῖ γὰρ οὗτος ὁ βαπτισμὸς οὐ μόνον ἐφ' ὅσον χρονίζει, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ ζῆν. περιβαλλόμεθα οὖν τὴν τῶν ἀναβαπτιστῶν πλάνην οὐκ ἀγαπώντων ᾧ ἅπαξ εἰλήφασι βαπτισμῷ, ἔτι δὲ καὶ διαπτυόντων τὸν τῶν βρεφῶν, κἂν μάλα ἐξ ἁγίων γεννηθῇ, βαπτισμόν, ὃ ἡμεῖς βαπτιστέον καὶ τῷ τῆς διαθήκης συμβόλῳ ἐπισφραγιστέον νομίζομεν.

cumcidebantur in Iſraële, propter eaſdem promiſſiones infantibus noſtris factas. Quin etiam revera Chriſtus non minus ſanguinem ſuum profudit, ut fidelium infantes, quam ut adultos, ablueret; ideoque ſignum ſeu Sacramentum ejus, quod Chriſtus pro eis præſtitit ſuſcipere debent: quemadmodum in Lege jubebat Dominus, ut Sacramentum mortis & paſſionis Chriſti, pueris recens natis communicaretur: offerendo pro ipſis agnum, qui Ieſu Chriſti Sacramentum erat. Præterea quod Circumciſio præſtabat populo Iudaico, id pueris noſtris præſtat Baptiſmus. Atque hæc cauſſa eſt, cur Paulus, baptiſmum vocet Circumciſionem Chriſti.

XXXV.

Credimus & confitemur Ieſum Chriſtum Servatorem noſtrum ſanctæ Cœnæ Sacramentum ordinaſſe & inſtituiſſe, ut ea nutriat & ſuſtentet eos, quos jam regeneravit, & in familiam ſuam, nempe Eccleſiam, inſevit. Qui porro regeniti ſunt, duplicem in ſe vitam habent, unam quidem corporalem & temporariam, quam ſecum à prima ſua nativitate attulerunt, quæque omnibus communis eſt. Alteram vero ſpiritualem & cœleſtem, quæ altera nativitate ſua illis donatur, & per verbum Euangelij in communione corporis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ὡς καὶ πάλαι ἐν τῷ Ἰσραὴλ τῆς περιτομῆς ἐτύγ-
χανε, σφραγὶς οὔσης μιᾶς ἐπαγγελίας ἧς
καὶ ἡμῶν οἱ νήπιοι ἠξιώθησαν. καὶ δήπου τὸ ἑαυ-
τοῦ αἷμα ἐξέχυσεν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῆς τῶν παι-
δίων ἐξ ἴσου καὶ τῶν ἐν ἡλικίᾳ ἀπολούσεως, διὸ τὸ
σύμβολον τοῦ ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας τετε-
λεσμένων κωλῦσαί σφισιν οὐδεὶς ἐξουσίαν ἔχει.
καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ νόμῳ ὁ κύριος ἐκέλευσε τοὺς
γονέας τὸ τοῦ θανάτου καὶ πάθους Χριστοῦ μυ-
στήριον μεταδώσειν τοῖς ἀρτιγενέσι, προσφερο-
μένους ὑπὲρ αὐτῶν ἀμνὸν σύμβολον τοῦ ἐλευ-
σομένου. καὶ ἡ περιτομὴ τοῖς Ἰουδαίοις ταὐτὸν ἦν
τῷ βαπτισμῷ τοῖς ἡμετέροις παισὶ δεδομέ-
νῳ, ὅθεν ὁ Παῦλος τὸν βαπτισμὸν τὴν περι-
τομὴν τοῦ Χριστοῦ προσηγόρευσε.

Λε'.

Πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν ὅτι ὁ σωτὴρ ἡμῶν
Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ ἱερὸν ἑαυτοῦ δεῖπνον ἐθέσπισεν
εἰς ἀνατροφὴν τῶν ἤδη τῆς τε παλιγγενεσίας καὶ
ἀναλήψεως εἰς οἶκον κυρίου τουτέστιν ἐκκλη-
σίαν τετυχότων. οἱ διττῆς ὡς εἰπεῖν ζωῆς με-
τέχουσι, τῆς μὲν σαρκικῆς οὔσης καὶ προσκαίρου
ἧς ἐκ γονέων μετειλήφασιν ὡς καὶ οἱ λοιποί,
τῆς δὲ πνευματικῆς καὶ οὐρανίου, ἣν ἐν
τῇ παλιγγενεσίᾳ ἐλάμβανον, διὰ λόγου τοῦ
Εὐαγγελίου τῷ σώματι Χριστοῦ ἑνωθέντες, μό-

corporis Chriſti efficitur. Atque hæc vita non niſi Electis Dei communis eſt. Similiter nobis Deus panem terrenum & materialem, ad vitæ corporalis & terrenæ conſervationem idoneum attribuit, qui omnibus, ſicuti & vita ipſa, communis eſt. At vero, ad conſervationem vitæ ſpiritualis & cœleſtis, quam fideles jam habent, Deus illis panem vivificum miſit, qui e cœlo deſcendit, nempe Ieſum Chriſtum, qui manducatus, id eſt, ſi applicetur & recipiatur, ſpiritu per fidem, vitam fidelium ſpiritualem nutrit & ſuſtentat. Vt autem panem hunc ſpiritualem & cœleſtem Chriſtus nobis repræſentaret, panem terreſtrem ac viſibilem, in Sacramentum corporis ſui, vinumque in ſanguinis ſui Sacramentum inſtituit, ut ijs ipſis teſtificetur, nos, quam vere hoc Sacramentum manibus noſtris accipimus & tenemus, illudque ore comedimus & bibimus, unde poſtmodum vita noſtra ſuſtentatur; tam vere, etiam nos fide (quæ animæ noſtræ & manus & os eſt) in animis noſtris recipere verum corpus, & verum ſanguinem Chriſti, unici ſervatoris noſtri, ad vitam noſtram ſpiritualem. Certiſſimum porro eſt Chriſtum non fruſtra Sacramenta ſua nobis commendaſſe. Quapropter, omne id in nobis efficit, quodcumque ſacris ſuis ſignis nobis repræſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

νοι οἱ ἐκλεκτοί. τῇ μὲν οὖν προσκαίρῳ καὶ πᾶσι μεταδοθείσης ζωῆς ἕνεκα τὸν ὑλικὸν καὶ πάγκοινον ἄρτον ἠυτρέπισεν ὁ Θεὸς, πρὸς δὲ τροφὴν τῆς πνευματικῆς καὶ ἄνωθεν ζωῆς ἰδίας οὔσης τοῖς ἡγιασμένοις ἔπεμψε τὸν ἄρτον τὸν ζωοποιὸν τὸν καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς φαγόμενος, τουτέστι λαμβανόμενος καὶ ἐξιδιοποιούμενος τῷ πνεύματι διὰ πίστεως αὐξάνει καὶ τρέφει τὴν τῶν πιστευόντων ζωὴν τὴν πνευματικήν. καὶ ὅπως δὴ τὸν ἄρτον τὸν πνευματικὸν καὶ οὐράνιον ὑποτυπώσῃ ἡμῖν ὁ Χριστὸς διέταξε τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον γαιώδη καὶ ὁρατὸν ἐς σώματος καὶ αἵματος αὐτοῦ μυστήριον, δι᾽ αὐτῶν διαμαρτυρεῖν βουλόμενος οὕτως ἀληθῶς ἡμᾶς διὰ πίστεως (ἐν χειρὸς καὶ στόματος μοίρᾳ οὔσης τῷ πνεύματι) τὸ σωτηρικὸν σῶμα καὶ αἷμα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν εἰς αἰώνιον ζωὴν δέχεσθαι ὡς τὰ ὑλικὰ στοιχεῖα δι᾽ ὧν ἡ παροῦσα ζωὴ διαφυλάττεται, χειραπτάζομεν καὶ στόματι προσφέρομεν. ὁμολογουμένου δ᾽ ὄντος οὐκ εἰκῇ Χριστὸν τὰ ἑαυτοῦ μυστήρια καταστῆσαι, ἀκόλουθον καὶ ἐνεργεῖν αὐτὸν ἐν ἡμῖν τῷ ὄντι ὅσα διὰ τῶν ἱερῶν συμβόλων τοῖς ἡμῶν ὀφθαλμοῖς παρίστησι. ἀνέφικτος δ᾽ ὁ τρόπος, ὡς καὶ ἀπόκρυφα καὶ ἀκατάληπτά ἐστι τὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργήματα.

præſentat; quamvis modus ipſe, mentis noſtræ captum ſuperet, nobiſque ſit incomprehenſibilis; ſicut & operatio Spiritus Dei occulta & incomprehenſibilis eſt. Interea vero nequaquam erraverimus, dicentes, id quod comeditur, eſſe proprium & naturale corpus Chriſti, idque quod bibitur proprium ejus ſanguinem. At manducandi modus talis eſt, ut non fiat ore corporis, ſed Spiritu per fidem. Atque ita Chriſtus ad dexteram Patris ſui in cœlis perpetuo ſedet, neque eo minus ſe nobis per fidem communicat. Convivium hoc, menſa eſt ſpiritualis in qua Chriſtus ſeipſum nobis cum omnibus bonis ſuis communicat, efficitque ut in illa tam ipſomet, quam paſſionis mortiſque ipſius merito fruamur: miſeram noſtram animam, omnique ſolatio deſtitutam, carnis ſuæ eſu nutriens, corroborans & conſolans, ſanguiniſque ſui potu reficiens ac recreans. Præterea, etiamſi Sacramenta conjuncta ſint rei ſignificatæ, utrumque tamen ſimul ab omnibus non accipitur. Impius enim recipit quidem Sacramentum in ſuam condemnationem; ſed veritatem Sacramenti non recipit: veluti Iudas & Simon Magus, acceperunt quidem uterque Sacramentum, ſed non etiam Chriſtum, qui illo ſignificabatur, qui ſolummodo fidelibus communi-

catur.

ἑαυτοὺς

μαῖα. οὐ μὴν ἀλλὰ μηδαμῶς πλανήσωμεθα
ἂν εἰπόντες τὸ ἴδιον καὶ φυσικὸν Χριστοῦ σῶμα
ὑπάρχειν τὸ ἐσθιόμενον καὶ αἷμα τὸ πινόμενον,
πλὴν ὁ τοῦ σιτισμοῦ τρόπος τοιοῦτός ἐστιν ὥστε
οὐχ ὑπουργεῖν αὐτῷ τὸ στόμα ἀλλὰ τὸ πνεῦμα
διὰ πίστεως. οὕτως μὲν οὖν ὁ Χριστὸς ἐκ δεξιῶν
τοῦ πατρὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς καθεσθεὶς ἐς τὸ
διηνεκές, ὅμως οὐκ ἀπολείπεται τοῦ ἑαυτὸν ἡμῖν
διὰ πίστεως ἀνακοινοῦν. πνευματικὴ τράπε-
ζα τοῦτο τὸ δεῖπνόν ἐστιν, ἔνθα ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν
καὶ τὰ ἑαυτοῦ ἅπαντα δαψιλῶς ἡμῖν χορηγεῖ,
ὥστε μετέχειν ἡμᾶς τοῦτε Χριστοῦ ἅμα καὶ τῆς
ἀξίας τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. τὴν γὰρ
ἡμετέραν ψυχὴν ταλαιπωρίας μεστὴν καὶ
θλίψεως καὶ πάσης παραμυθίας καταδεῆ τῷ
μὲν αὐτοῦ τῆς σαρκὸς βρώματι αὐτὸς σιτίζει τε
καὶ ἰσχυρίζει, ποτισμῷ δὲ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἀ-
ναπαύει καὶ ἀναζωπυρεῖ. ἔτι δὲ εἰ καὶ μάλιστα ἐν
τοῖς μυστηρίοις τῷ συμβόλῳ παρέζευκται
τὸ τούτῳ σημαινόμενον, ἀλλ᾽ οὐ μὴ τοὺς πάντας
ἀμφοτέροιν ἀπολαύειν νομιστέον, ὁ γὰρ πονηρὸς
τὸν μὲν τύπον δέχεται, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίων
καὶ πίνων, τὴν δὲ τοῦ τύπου ἀλήθειαν οὐ δέχεται
οἷον Ἰούδας καὶ Σίμων ὁ μάγος τῶν μὲν μυστη-
ρίων μετέχον, ἀπέτυχον δὲ σαφῶς τοῦ τὸν Χρι-
στὸν δέξασθαι τὸν τοῖς μυστηρίοις δεικνύμενον,

ὃς

catur. Poſtremo ſanctum hoc Sacramentum in cœtu populi Dei cũ ſummiſſione animi ac reverentia ſumimus: memoriam mortis Chriſti Servatoris noſtri cum gratiarum actione ſancte celebrantes: ibidemque fidei & religionis Chriſtianæ confeſſionem edimus. Nemo itaque ad hanc menſam ſe ſiſtere debet, qui prius ſeſe recte non probaverit; ne de hoc pane edens, & de hoc poculo bibens, judicium ſibi edat & bibat. In ſumma, uſu hujus Sacramenti ad flagrantem Dei & proximi noſtri amorem commonemur. Quare omnes mixturas & damnanda commenta, quæ homines Sacramentis addiderunt, & admiſcuerunt, ut eorum profanationes rejicimus: atque affirmamus, contentos nos eſſe debere eo ordine, quem Chriſtus & ejus Apoſtoli nos docuerunt: eodemque modo loquendum eſſe, quo & ipſi loquuti ſunt.

XXXVI.

Credimus, benignum illum Deum noſtrum, ob generis humani depravationem, Reges, Principes, & Magiſtratus conſtituiſſe; ac velle ut mundus legibus & certa

ὃς ἑαυτὸν τοῖς πιστοῖς μόνοις μεταδίδωσι. τὸ τελευταῖον, τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τῇ τοῦ θείου λαοῦ συνάξει μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ ἐντροπῆς κοινωνοῦμεν, τὸν σωτηρικὸν θάνατον μετ' εὐχαριστίας διὰ πάσης εὐφήμου μνήμης ἄγοντες, καὶ Χριστιανικὴν πίστιν δημοσίᾳ ἐξομολογούμενοι· μηδενὶ οὖν ταύτης τῆς τραπέζης μεταχεῖν ἔξεστι πρὶν ἂν δοκιμάσειεν ἑαυτὸν, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθίων καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πίνων κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίῃ καὶ πίνῃ· συντόμως εἰπεῖν· ἡ χρῆσις τοῦ μυστηρίου τούτου προτρέπει ἡμᾶς, ἐπὶ τὸ ἀγαπᾶν τόν τε Θεὸν καὶ τὸν πλησίον. εἰκότως ἄρα πάσας προσμίξεις καὶ εὑρέσεις βδελυρὰς ἃς τοῖς μυστηρίοις παρεκάττυον οἱ ἄνθρωποι ἀθετοῦμεν, ἀποφαίνοντες δεῖν ἡμᾶς ἐμμένειν τοῖς ὑπὸ Χριστοῦ καὶ ἀποστόλων τεταγμένοις, καὶ ὑποτυπώσει τῶν ὑγιαινόντων λόγων ὧν παρ' αὐτῶν εἰλήφαμεν·

Λϛ'.

Πιστεύομεν τὸν παντοκράτορα Θεὸν διὰ τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους φθορὰν καὶ στρεβλότητα βασιλέας, ἄρχοντας καὶ τοὺς ἐν ὑπεροχῇ τεταχέναι, κυβερνᾶσθαι τὸν κόσμον τοῦτον νόμοις καὶ πολιτεύμασι βουλόμενον, εἰς τὸ διορθοῦσθαι τὰς τῶν ἀτάκτως περιπατούντων πλημμελείας, καὶ τὰ πάντα ἐν ἀνθρώποις εὐ-

σχημό-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

& certa politia gubernetur, ad confuſio-
nem hominum coërcendam; utque o-
mnia inter homines recto ordine geran-
tur. Eum in finem Magiſtratui gladium
commiſit; puniendis quidem ſceleratis,
bonis verò defendendis. Horum autem
officium eſt, ut non modo curam gerant
& pro conſervanda politia excubent,
verum etiam ut ſacrum tueantur Mini-
ſterium, omnemque idololatriam, & a-
dulterium a Dei cultu ſubmoveant &
evertant: regnum Antichriſti diruant,
Chriſti vero regnum promoveant, ope-
ramque dent, ut verbum Euangelij ubi-
que prædicetur, quo Deus ab unoquo-
que, prout verbo ſuo exigit, honoretur
& colatur. Præterea quilibet, cujuſcun-
que ordinis, conditionis ac ſtatus ſit,
Magiſtratibus ſubjici, tributa ei pendere,
honorem & reverentiam deferre, ijſque
obedire in omnibus quæ verbo Dei non
adverſantur, debet; pro ijſdem in preci-
bus ſuis orare, ut eos Deus in omnibus
ipſorum actionibus regere ac dirigere
velit, utque vitam quietam & tranquil-
lam, in omni pietate & honeſtate duca-
mus. Quamobrem Anabaptiſtas aliosque
homines ſeditioſos deteſtamur, atque in
univerſum omnes eos, qui ſupremas
Dominationes & Magiſtratus rejiciunt:
juſtitiam evertunt: bonorum commu-
nionem interturbant; atque honeſtatem,
quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

σχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γίνεσθαι. τούτου ἕνεκα τοῖς ἐν ἀξιώματι τὴν μάχαιραν ἔδωκεν εἰς τιμωρίαν τῶν τὸ κακὸν, καὶ ἄμυναν τῶν τὸ καλὸν πράσσοντι. τούτων μὲν οὖν τὸ ἔργον ἐστὶν οὐ ψιλῶς τοῖς πολιτικοῖς ἐνδιατρίβειν καὶ ἐπαγρυπνεῖν, ἀλλὰ συμπροθυμεῖσθαι καὶ τοῦτο ὡς ἡ ἱεροδιακονία διαφυλάττηται, πᾶσα εἰδωλολατρεία καὶ νενοθευμένη θρησκεία ἀνελῆται, ἡ τοῦ Ἀντιχρίστου βασιλεία μὲν διασκορπίζηται, ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἐπίδοσιν λάβῃ, ὁ ἅγιος τοῦ εὐαγγελίου λόγος πανταχοῦ κηρύττηται, ἵνα πάντες τῷ Θεῷ κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον λατρεύωσι, καὶ αὐτὸν παῤῥησίᾳ τιμῶσι. πάντα δὴ ἄνθρωπον ἧστινος ἂν εἴη ἀξίας καὶ τάξεως ταῖς νομίμοις ἐξουσίαις ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι καὶ φόρους τελεῖν καὶ δασμοὺς, καὶ τὴν τιμὴν τὴν προσήκουσαν ἀποδοῦναι, καὶ ἐν πᾶσιν ὑπακούειν τοῖς τῷ θείῳ βουλήματι οὐκ ἐναντιοῦσιν. ἔπι δὲ καὶ ποιεῖν δεήσεις ὑπὲρ αὐτῶν ἵνα εὐθύνῃ μὲν ὁ Θεὸς πάντα τὰ πράγματα αὐτῶν, ἡμεῖς δὲ ἔρημον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. καὶ ἐνταῦθα τοὺς ἀναβαπτιστὰς καὶ στασιαστὰς πάντας ἐκτρεπόμεθα ὅσοι τὰς κυριότητας καὶ ἐξουσίας ὑπερεχούσας ἀθετοῦσι, τὰς δίκας ἀνατρέπουσι, κοινὰ τὰ πάντα εἶναι κενολογοῦσι, καὶ τέλος εἰπεῖν, αἰσχρὰν τὴν

κοσμίως

quam Deus inter homines ſtabilivit, confundunt.

XXXVII.

Δύο· τὸν ἱερὸν Βαπτισμὸν, καὶ τὸ ἱερὸν Δεῖπνον.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΒΑΠΤΙΣΜΟΥ.

69. Πῶς ἐστὶ ὁ βαπτισμὸς ἀναμιμνήσκει καὶ διασφαλίζει σε, ὅτι μετέχεις τῆς τοῦ Χριστοῦ προσφορᾶς, τῆς ἐφάπαξ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἐπιτελεσθείσης;

Ὅτι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Quod Chriſtus externum aquæ lavacrum mandavit, addita hac promiſſione, me non minus certo ipſius ſanguine & Spiritu à ſordibus animæ, hoc eſt, ab omnibus meis peccatis lavari: quam aqua extrinſecus ablutus ſum, qua ſordes corporis expurgari ſolent.

70. *Quid eſt ſanguine & Spiritu Chriſti ablui?*

Eſt accipere à Deo remiſſionem peccatorum, gratis, propter ſanguinem Chriſti, quem is pro nobis in ſuo ſacrificio in cruce profudit. Deinde etiam per Spiritum ſanctum renovari, & ipſo ſanctificante, membrum Chriſti fieri, quo magis ac magis peccatis moriamur, & ſancte inculpateque vivamus.

71. *Vbi promiſit Chriſtus, ſe nos tam certo ſanguine & Spiritu ſuo abluturum, quam aqua Baptiſmi abluti ſumus?*

In inſtitutione Baptiſmi, cuius hæc ſunt verba: Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſervabitur: qui non crediderit, condemnabitur. Hæc promiſſio repetitur, cum ſcriptura Baptiſmum nominat lava-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Ὅτι ὁ Χριστὸς τὴν ἐξωτέρω ὑδατολουσίαν διαταξάμενος, ὁμοῦ ἐπηγγείλατο, ὅτι, καθάπερ τῷ ὕδατι τῷ τὰς ἀκαθαρσίας τοῦ σώματος ἀπορρύπτειν πεφυκότι, τὰ ἔξω λελούμεθα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ καὶ Πνεύματι, πάντα τὸν τῆς ψυχῆς ῥύπον, τοῦτ' ἔστι, πάντα τὰ ἁμαρτήματά μου, ἀποκεκαθάρμεθα.

70. Τί δὲ σημαίνει, τὸ τοῦ Χριστοῦ αἵματι καὶ Πνεύματι λούεσθαι;

Δηλοῖ τό τε τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ δωρεὰν λαμβάνειν, διὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα, τὸ ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῇ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ προσφορᾷ, ὑπὲρ ἡμῶν ἐκκεχυμένον· καὶ τὸ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀνακαινοῦσθαι, καὶ εἰς ἴδιον τοῦ Χριστοῦ μέλος ἁγιάζεσθαι, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀποθνήσκοντες, ἐν θεοσεβεῖ καὶ ἀνεπιλήπτῳ βίῳ περιπατοῦντες διατελῶμεν.

71. Ποῦ δὲ ὑπέσχηται ὁ Χριστὸς ὡς ἰσολόγως τῷ τε τοῦ Βαπτίσματος ὕδατι τὰ σώματα, καὶ τῷ αὐτοῦ αἵματι καὶ Πνεύματι τὰς ψυχὰς κεκαθαρίσμεθα;

Ἐν τῇ τοῦ Βαπτισμοῦ διατάξει, λέγων· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας,

crum regenerationis, & ablutionem peccatorum.

DOM. XXVII.

72. Eſt-ne ergo externus Baptiſmus aqua ipſa peccatorum ablutio?

Non eſt: Nam ſolus ſanguis Ieſu Chriſti, & Spiritus ſanctus purgat nos ab omni peccato.

73. Cur ergo Spiritus ſanctus Baptiſmum appellat lavacrum regenerationis, & ablutionem peccatorum?

Deus non ſine graui cauſa ſic loquitur, videlicet non ſolum ut nos doceat, quemadmodum ſordes corporis aqua purgantur; ſic peccata noſtra ſanguine & Spiritu Chriſti expiari: Verùm multò magis, ut nobis hoc divino ſymbolo ac pignore certum faciat, nos non minus vere a peccatis noſtris interna lotione ablui, quam externa & viſibili aqua abluti ſumus.

74. Sunt-ne etiam infantes baptizandi?

Omnino: Nam cum æque atque adulti ad fœdus & Eccleſiam Dei pertineant: cumque eis per ſanguinem Chriſti, remiſſio peccatorum, & Spiritus ſanctus fidei effector, non minus quam adultis promittatur: per Baptiſmum ceu fœde-

ris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

κατακριθήσεται. καὶ αὕτη ἡ ἐπαγγελία ἐπαναπολεῖται, ὅτε ἡ γραφὴ τὸν Βαπτισμὸν καλεῖ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, καὶ ἀπόλουσιν τῶν ἁμαρτιῶν.

72. Ἆρ' οὖν ἡ ἔξω ὑδατολουσία ἐστὶν αὐτὴ ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἀπόλουσις;

Οὔ· τὸ γὰρ μόνον τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ αἷμα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας.

73. Διὰ τί οὖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὸν Βαπτισμὸν καλεῖ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, καὶ ἀπόλουσιν τῶν ἁμαρτιῶν;

Ὁ Θεὸς οὐκ ἄνευ ἀξιολόγου αἰτίας οὕτω λαλεῖ· οὐ γὰρ μόνον ταύταις ταῖς φράσεσι διδάσκειν βούλεται, ὅτι καθάπερ ὁ τοῦ σώματος ῥύπος τῷ ὕδατι, οὕτω καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν, τῷ τοῦ Χριστοῦ αἵματι καὶ Πνεύματι ἀφανίζεται· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τῷ θείῳ συμβόλῳ τῷδε καὶ ἐνεχύρῳ πληροφορεῖν ἡμᾶς θέλει, ὡς οὐχ ἧττον ἀληθῶς τῇ πνευματικῇ λούσει τὰς ψυχάς, ἢ τῇ ὑδατίνῃ τὰ σώματα ἀπολουόμεθα.

74. Ἀλλ' ἆρα καὶ τὰ βρέφη βαπτιστέον;

Πάνυ γε· ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἴσου τοῖς ἐν ἡλικίᾳ τῆς τοῦ Θεοῦ διαθήκης, τῆς τ' αὐτοῦ Ἐκκλησίας κοινωνοῦσι, καὶ αὐτοῖς ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ αἵματι, ἥτε τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὸ

ris ſignaculum Eccleſiæ Dei inſerendi ſunt, & ab infidelium liberis diſcernendi, itidem ut in veteri fœdere per Circumciſionem fiebat, cui in novo fœdere ſubſtitutus eſt Baptiſmus.

DE SACRA DOMINI COENA.

DOM. XXVIII.

75. *Qua ratione in Cœna Domini admoneris & confirmaris, te unici illius ſacrificij Chriſti in cruce oblati, atque omnium eius bonorum participem eſſe?*

Quod Chriſtus me atque omnes fideles de hoc fracto pane edere, & de poculo diſtributo bibere juſſit, in ſui memoriam, additis his promiſſis: Primum, corpus ſuum non minus certo pro me in cruce oblatum ac fractum, ſanguinemque ſuum pro me fuſum eſſe; quam oculis cerno, panem Domini mihi frangi, & poculum mihi communicari. Deinde, animam meam non minus certo ipſius corpore; quod pro nobis crucifixum, & ſanguine, qui pro nobis fuſus eſt, ad vitam æternam ab ipſo paſci: quam panem & vinum,

ſymbo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

τὴν πίστιν ἐν ταῖς καρδίαις ἐργαζόμενον, οὐχ ἧττον ἢ τοῖς ἐν ἡλικίᾳ ἐπαγγέλλεται· δεῖ αὐτὰ καὶ διὰ τοῦ Βαπτισμοῦ τοῦ τῆς διαθήκης συμβόλου, τῇ Χριστιανῶν Ἐκκλησίᾳ ἐνσωματοῦσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἀπίστων γονῆς διακρίνεσθαι, καθάπερ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ διὰ τῆς Περιτομῆς γέγονεν, ἧς ὁ Βαπτισμὸς ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ ἀντικατέστη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΥΡΙΑΚΟΥ ΔΕΙΠΝΟΥ.

75. Πῶς δὲ τὸ ἱερὸν Δεῖπνον ἀναμιμνήσκει, καὶ διασφαλίζει σε, ὅτι μετέχεις τῆς τοῦ Χριστοῦ προσφορᾶς, τῆς ἐφάπαξ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἐπιτελεσθείσης, καὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν ἁπάντων;

Ὅτι ὁ Χριστὸς, ἐμὲ σὺν πᾶσι τοῖς πιστοῖς, τοῦ ἄρτου, τοῦ ἡμῖν κλωμένου, φαγεῖν, καὶ τοῦ ποτηρίου πίνειν κελεύσας εἰς τὴν αὐτοῦ ἀνάμνησιν, ταῦτα προσέθηκεν ἐπαγγέλματα· πρῶτον μὲν ὅτι σῶμα αὐτοῦ οὕτως ἀληθῶς ὑπὲρ ἐμοῦ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ προσενηνέχθαι καὶ κεκλᾶσθαι, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκκεχύσθαι, ὡς τοῖς ὄμμασί μου ὁρῶ, τὸν τοῦ Κυρίου ἄρτον ἐμοὶ κατακλᾶσθαι, καὶ τὸ ποτήριον συμμεταδίδοσθαι· ἔπειτα δὲ αὐτὸν τῷ σταυρωθέντι αὐτοῦ σώματι, καὶ τῷ ἐκχυθέντι αἵματι τὴν ψυχήν μου, οὕτως ἀληθῶς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν σιτίζειν καὶ ποτίζειν,

ſymbola corporis & ſanguinis Domini e manu miniſtri accepta, ore corporis percipio.

76. Quid eſt crucifixum corpus Chriſti edere, & fuſum eius ſanguinem bibere?

Eſt non tantum totam paſſionem & mortem Chriſti, certa animi fiducia amplecti, ac per id remiſſionem peccatorum & vitam æternam adipiſci: ſed etiam per Spiritum ſanctum, qui ſimul in Chriſto & in nobis habitat, ita ſacroſancto eius corpori magis ac magis uniri, ut quamvis ipſe in cœlo, nos vero in terra ſimus; nihilominus tamen caro ſimus de carne ejus, & os de oſſibus eius: Vtque omnia corporis membra ab vna anima, ſic nos uno eodemque Spiritu vivificemur & gubernemur.

77. Quo loco promiſit Chriſtus, ſe credentibus tam certò corpus & ſanguinem ſuum ſic edendum & bibendum daturum, quam fractum hunc panem edunt, & poculum hoc bibunt?

In inſtitutione Cœnæ, cuius hæc ſunt verba: Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ea nocte qua proditus eſt, accepit panem: & gratijs actis, fregit ac dixit: accipite, comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis

ὡς ἐγὼ ἐκ τῆς τοῦ διακόνου χειρὸς λαμβάνω, καὶ σωματικῶς συμμέτοχός εἰμι τοῦτε ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου τοῦ κυριακοῦ, ἅπαξ ἐμοὶ ὡς ἐχέγγυα σύμβολα τοῦτε σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυριακοῦ μεταδίδοται.

76. Τί ἐστι τὸ σταυρωθὲν τοῦ Χριστοῦ σῶμα ἐσθίειν, καὶ τὸ ἐκχυθὲν αὐτοῦ αἷμα πίνειν;

Οὐ μόνον ἐστὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ σύμπαντα βεβαίᾳ πίστει δέχεσθαι, καὶ δι᾽ αὐτῶν τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς μετέχειν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτοις διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἅμα ἔν τε τῷ Χριστῷ καὶ ἐν ἡμῖν ἐνοικοῦντος, τῷ εὐλογητῷ αὐτοῦ σώματι οὕτω καθημέραν ἑνοῦσθαι, ὥστε κἂν αὐτὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, ἡμεῖς δ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω τυγχάνομεν ὄντες, ὅμως σάρξ ἐσμεν ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ὀστοῦ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ, καὶ ὥσπερ τὰ τοῦ σώματος μέλη ὑπὸ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ψυχῆς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑφ᾽ ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ζωοποιούμεθα καὶ κυβερνώμεθα.

77. Ποῦ δὲ ὁ Χριστὸς ὑπέσχηται, τοὺς πιστεύοντας τῷ αὐτοῦ σώματι καὶ αἵματι οὕτως ἀληθῶς σιτίζειν καὶ ποτίζειν, ὡς τοῦ ἄρτου τοῦ κλωμένου ἐσθίουσι καὶ τοῦ ποτηρίου πίνουσι;

Ἐν τῇ τοῦ ἱεροῦ Δείπνου διατάξει, ταῖς δὲ ταῖς λέξεσιν· Ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτί, ᾗ

vobis frangitur: hoc facite in mei recordationem. Itidem & poculum, poſtquam cœnaſſent, dicens: Hoc poculum eſt novum fœdus per meum ſanguinem: Hoc facite, quotiescumque biberitis, in mei recordationem. Quotiescumque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate, donec venerit. Hæc promiſſio a Paulo repetitur, cum inquit: Poculum gratiarum actionis, quo gratias agimus, nonne communio eſt ſanguinis Chriſti? Panis, quem frangimus, nonne communio eſt corporis Chriſti? quoniam unus panis, unum corpus multi ſumus; nam omnes unius panis participes ſumus.

DOM. XXIX.

78. *Num ergo panis & vinum fiunt ipſum corpus & ſanguis Chriſti?*

Nequaquam: verum, ut aqua Baptiſmi in ſanguinem Chriſti non convertitur, nec eſt ipſa peccatorum ablutio, ſed ſymbolum tantum & pignus earum rerum, quæ nobis in Baptiſmo obſignantur: ita nec panis Cœnæ dominicæ eſt ipſum corpus Chriſti: Quamquam pro ratione Sacramentorum, & uſitata Spiritui ſancto

de his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον· καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. Καὶ αὕτη ἡ ἐπαγγελία ἐπαναπολεῖται ὑπὸ Παύλου τοῦ Ἀποστόλου, ὅτε φησί· Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν.

78. Ἆρ' οὖν ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καὶ αἷμα μεθουσιοῦνται;

Ἀπ. Οὐδαμῶς. ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὕδωρ ἐν τῷ Βαπτισμῷ οὐκ εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα μεταβάλλεται, οὔτε γίνεται αὐτὴ ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις, ὧνπερ μόνον ἐστὶ θεῖόν τι σύμβολον καὶ σφραγίς· οὕτω καὶ ὁ ἱερὸς ἄρτος ἐν τῷ κυριακῷ Δείπνῳ οὐ γίνεται αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα· καίπερ κατὰ τὴν τῶν Μυστηρίων φύσιν καὶ τὴν συνήθη τῷ

de his loquendi forma, panis Chriſti corpus appellatur.

79. *Cur ergo Chriſtus panem appellat ſuum corpus, calicem verò ſuum ſanguinem, ſeu novum fœdus per ſuum ſanguinem: Paulus item panem & vinum communionem corporis & ſanguinis Chriſti?*

Chriſtus non ſine gravi cauſa ſic loquitur: videlicet, non ſolum ut nos doceat, quemadmodum panis & vinum corporis vitam ſuſtentant: ſic etiam crucifixum ſuum corpus & effuſum ſuum ſanguinem, vere eſſe animæ noſtræ cibum ac potum, quo ad vitam æternam nutriatur: Verum multo magis, ut hoc viſibili ſigno ac pignore nobis certum faciat, nos non minus vere corporis & ſanguinis ſui, per operationem Spiritus ſancti, participes eſſe, quam ſacra iſta ſymbola, in ejus memoriam, ore corporis percipimus: Tum etiam, quod ejus paſſio & obedientia tam certò noſtra ſit, quam ſi ipſimet pro noſtris peccatis pœnas dediſſemus, & Deo ſatisfeciſſemus.

DOM. XXX.

80. *Quid intereſt inter Cœnam Domini, & Miſſam Papiſticam?*

Cœna

ἁγίῳ Πνεύματι περὶ τούτων φράσιν, ὁ ἄρτος τοῦ Χριστοῦ σῶμα ὀνομάζεται.

79. Διὰ τί οὖν ὁ Χριστὸς τὸν ἄρτον καλεῖ τὸ αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὸ ποτήριον τὸ αὐτοῦ αἷμα, εἴτ' οὖν τὴν καινὴν διαθήκην ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι· καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος, τὴν καὶ κοινωνίαν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ;

Ὁ Χριστὸς οὐκ ἄνευ ἀξιολόγου αἰτίας οὕτω λαλεῖ· οὐ γὰρ μόνον ταύτῃ τῇ φράσει διδάσκειν ἡμᾶς θέλει, ὅτι, καθάπερ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος τὴν πρόσκαιρον ταύτην τοῦ σώματος ζωὴν διατρέφει· οὕτω καὶ τὸ σταυρωθὲν αὐτοῦ σῶμα καὶ τὸ ἐκχυθὲν αὐτοῦ αἷμα, ἡ ἀληθινὴ τῆς ψυχῆς ἡμῶν πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν τροφή ἐστιν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοῖς ὁρατοῖς συμβόλοις τοῖσδε καὶ ἐνεχύροις ἀσφαλίζειν ἡμᾶς βούλεται, ὅτι οὐχ ἧττον ἀληθῶς τὸ ἀληθινὸν αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείας μεταλαμβάνομεν, ἢ τὰ ἱερὰ τάδε σύμβολα τοῦ τοῦ σώματος στόματι εἰς τὴν αὐτοῦ ἀνάμνησιν δεχόμεθα· ἔτι δὲ τὰ παθήματα αὐτοῦ πάντα, καὶ τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ πᾶσαν, οὕτως ἡμῖν ἐξιδιωθῆναι, ὡς εἰ ἡμεῖς αὐτοὶ πάντα πεπονθότες τε καὶ ἀξιοχρέως δίκας ἐκτετικότες τύχοιμεν.

80. Τί δὲ ἡ Παπποϊκὴ ἱερουργία, ἡ Μίσσα λεγομένη, τοῦ κυριακοῦ Δείπνου διαφέρει;

Cœna Domini nobis teſtatur, nos perfectam remiſſionem omnium noſtrorum peccatorum habere, propter unicum illud Chriſti ſacrificium, quod ipſemet ſemel in cruce peregit: Tum etiam nos per Spiritum ſanctum inſeri Chriſto, qui jam ſecundum naturam ſuam humanam tantum in cœlis eſt ad dextram Patris, ibique vult a nobis adorari.

In Miſſa autem negatur, vivos & mortuos habere remiſſionem peccatorum propter unicam Chriſti paſſionem, niſi etiamnum quotidie Chriſtus pro ipſis a Sacrificulis offeratur: Tum etiam docetur, Chriſtum corporaliter ſub ſpeciebus panis & vini eſſe, ideoque in illis adorandum eſſe. Atque ita ipſum Miſſæ fundamentum nihil aliud eſt, quam abnegatio unici illius ſacrificij & paſſionis Ieſu Chriſti, & execranda idololatria.

81. *Quibus accedendum eſt ad menſam Domini?*

Iis tantum, qui vere dolent ſe ſuis peccatis Deum offendiſſe: confidunt autem ſibi ea propter Chriſtum remiſſa eſſe: & quas reliquas habent infirmitates, eas paſſione & morte illius obtectas eſſe, magisque ac magis deſiderant in fide & integri-

tate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

Τὸ κυριακὸν δεῖπνον μαρτυρεῖ ἡμῖν, ὅτι ἔχομεν ὁλόκληρον πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, διὰ μόνην τὴν τοῦ Χριστοῦ προσφοράν, τὴν ἐφάπαξ ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ συντελεσθεῖσαν· καὶ ὅτι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῷ Χριστῷ ἐνσωματούμεθα, ὃς τὰ νῦν, κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἐν τῷ οὐρανῷ μόνον πρὸς τῇ δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθίζει, καὶ αὐτόθι προσκυνεῖσθαι βούλεται. Ἐν δὲ τῇ Μίσσᾳ ἀρνεῖται, ὅτι οἵ τε ζῶντες καὶ οἱ θανόντες τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν διὰ τὰ τοῦ Χριστοῦ παθήματα τυγχάνουσιν, ἐὰν μὴ καὶ ὁσημέραι ὑπὸ τῶν ἱερουργῶν προσενεχθῇ ὁ Χριστός· ἔτι δὲ διϊσχυρίζεται, ὅτι ὁ Χριστὸς ὑπὸ τῷ σχήματι τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου σωματικῶς ὢν διατελεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἐν αὐτοῖς προσκυνεῖσθαι ὀφείλει. διόπερ ἡ λειτουργία ἥδε, οὐκ ἔστιν ἄλλο, ἢ ἐξάρνησις τῆς προσφορᾶς καὶ τῶν παθημάτων Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐφάπαξ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεπαθημένου, καὶ παρὰ τοῦτο, βδελυρά ἐστιν εἰδωλολατρεία.

81. Τίσι δὲ τοῦ κυριακοῦ Δείπνου μεταλαμβάνειν ἔξεστι;

Ὅσοι αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἀπαρέσκουσιν, ἀφεῖσθαι μέντοι αὐτὰς διὰ τὸν Χριστὸν πιστεύουσι, καὶ τὸ τῆς ἀσθενείας ὑπόλοιπον τοῖς τοῦ Χριστοῦ παθήμασι καὶ θανάτῳ

ἐπι-

tate vitæ proficere: Hypocritæ autem, & qui non vere reſipiſcunt, damnationem ſibi edunt & bibunt.

82. *Sunt-ne illi etiam ad hanc Cœnam admittendi, qui confeſſione & vita ſe infideles & impios eſſe declarant?*

Nequaquam: Nam eo pacto fœdus Dei profanatur, & ira Dei in univerſum cœtum concitatur: Quocirca Eccleſia, ex præſcripto Chriſti & Apoſtolorum, clavibus regni cœlorum utens, hos à Cœna arcere debet, quoad reſipuerint, & mores mutaverint.

DOM. XXXI.

83. *Quid ſunt claves regni cœlorum?*

Prædicatio Evangelii, & Eccleſiaſtica diſciplina, quibus cœlum credentibus aperitur, infidelibus autem clauditur.

84. *Quo pacto aperitur & clauditur regnum cœlorum prædicatione Evangelij?*

Cum ex mandato Chriſti credentibus univerſis & ſingulis, publicè annunciatur omnia peccata ipſis diuinitus propter meritum Chriſti condonari, quoties promiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ἐπικαλύπτεσθαι πείθοντες· τήν τε πίστιν αὐτῶν μᾶλλον ἀεὶ ἐπιρρῶσαι καὶ τὸν βίον ἐπανορθῶσαι σπουδὴν ποιοῦσιν· οἱ δ' ἀμεταμέλητοι καὶ ὑποκριταί, κρίμα ἑαυτοῖς ἐσθίουσι καὶ πίνουσι.

82. Ἀλλ' ἄρα καὶ τούτους προσετέον, ὅσοι τῇ τε ἐξομολογήσει καὶ τῷ βίῳ ἄπιστοι καὶ ἀσεβεῖς ὄντες δηλοῦσιν;

Οὔ· καὶ γὰρ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥτε τοῦ Θεοῦ διαθήκη βεβηλοῦται, καὶ ἡ ὀργὴ αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς Ἐκκλησίας παροξύνεται· διόπερ ἡ Ἐκκλησία, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν Ἀποστόλων διαταγήν, τοὺς τοιούτους, ταῖς τῶν οὐρανῶν κλεισὶ χρωμένη, τῆς κυριακῆς τραπέζης εἴργειν ὀφείλει, ἕως οὗ μετανοήσαντες, τοὺς τρόπους ἐπανορθώσωσι.

83. Τίνες οὖν εἰσὶν αἱ τῶν οὐρανῶν κλεῖδες;

Ἡ κήρυξις τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, καὶ ἡ Ἐκκλησιαστικὴ παιδαγωγία· δι' ἀμφοῖν γὰρ τούτων ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία τοῖς τε πιστοῖς ἀνοίγεται, καὶ τοῖς ἀπίστοις κλείεται.

84. Πῶς οὖν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία διὰ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου κηρύξεως ἀνοίγεταί τε καὶ κλείεται;

Ὅτε κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιταγήν, τοῖς μὲν πιστοῖς σύμπασί τε καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ, ἀναγγέλλεται, ὁσάκις ἂν τὰς τοῦ Εὐαγγελίου ὑποσχέσεις ἀληθινῇ πίστει δέξωνται, τὰς ἁμαρτίας αὐτοῖς

πάσας,

ſionem Euangelii vera fide ampleƈtuntur: Contra vero omnibus infidelibus & hypocritis denunciatur, tantiſper ipſis iram Dei & æternam condemnationem incumbere, dum in ſuis ſceleribus perſeverant: ſecundum quod Euangelij teſtimonium, Deus tam in præſenti, quam in futura vita judicaturus eſt.

85. *Quo pacto clauditur & aperitur regnum cœlorum per diſciplinam Eccleſiaſticam?*

Cum ex mandato Chriſti ij, qui nomine quidem ſunt Chriſtiani, verum doƈtrina aut vita ſe oſtendunt a Chriſto alienos, poſtquam aliquoties fraterne admoniti, ab erroribus aut flagitiis diſcedere nolunt, Eccleſiæ indicantur, aut iis, qui ab Eccleſia ad eam rem ſunt conſtituti: ac ſi ne horum quidem admonitioni pareant: ab iisdem interdiƈtione Sacramentorum, ex cœtu Eccleſiæ, & ab ipſo Deo, ex regno Chriſti excluduntur: ac rurſum, ſi emendationem profiteantur, & reipſa declarent, tanquam Chriſti & Eccleſiæ membra recipiuntur.

TER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

πάντας, διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀξίαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὁλοσχερῶς ἀφεῖσθαι· τοῖς δὲ ἀπίστοις καὶ ὑποκριταῖς τοὐναντίον καταγγέλλεται, τὴν Θεοῦ ὀργὴν, τάς τ' αἰωνίους τιμωρίας αὐτοῖς ἐπικεῖσθαι, ἄχρις ἂν ἐπιστρέψωσι. κατὰ ταύτην γὰρ τοῦ Εὐαγγελίου διαμαρτυρίαν, ὁ Θεὸς ἔν τε τῇ παρούσῃ καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ τὰς κρίσεις ποιήσειν μέλλει.

85. Πῶς δὲ διὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παιδαγωγίας ἀνοίγεται καὶ κλείεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν;

Ὅταν κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐντολὴν, οἱ ὀνόματι μὲν Χριστιανοὶ εἶναι φάσκοντες, τῇ διδαχῇ δὲ, ἢ τῷ βίῳ ἀλλότριοι εἶναι δεικνύντες, ἐπειδὴ ἐνιάκις ἀδελφικοῖς νουθεσίαις παραινεθέντες, τῆς πλάνης ἢ κακίας ἀποστῆναι ἀμελῶσι, τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἢ τοῖς ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοις μηνύωνται· καὶ οὐδὲ τὴν τούτων νουθεσίαν ἐντραπέντες, ὑπ' αὐτῶν μὲν, τῇ τῶν ἱερῶν Μυστηρίων ἀπαγορεύσει, τῆς Χριστιανῶν κοινωνίας εἴργωνται, ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας ἐκκλείωνται· καὶ ἀνάπαλιν, ἐὰν ἐπιστροφὴν τοῖς τε λόγοις ὑπόσχωνται, καὶ τοῖς ἔργοις ἐπιδείξωσιν, ὡς τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας μέλη ἀναδεχθῶσι.

TERTIA PARS.

DE

GRATITVDINE.

DOM. XXXII.

86. *Cum ab omnibus peccatis & miſeriis, ſine ullo noſtro merito, ſola Dei miſericordia, per Chriſtum liberati ſimus, quid eſt cur bona opera faciamus?*

Quia poſtquam nos Chriſtus ſuo ſanguine redemit, renovat nos quoque ſuo Spiritu ad imaginem ſui, ut tantis beneficiis affecti, in omni vita nos erga Deum gratos declaremus, & ipſe per nos celebretur. Deinde, ut nos quoque ex fructibus de ſua quisque fide certi ſimus. Poſtremò, ut vitæ noſtræ integritate alios Chriſto lucrifaciamus.

87. *Non poſſunt igitur illi ſervari, qui ingrati, & in peccatis ſecure perſiſtentes, à ſua pravitate ad Deum non convertuntur?*

Nullo modo: Nam, ut ſcriptura teſtatur, nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec avari, nec ebrioſi, nec convi-

ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΤΜΗΜΑ.

Περὶ τῆς Εὐχαριστίας.

86. Ἐπειδήπερ οὖν τῆς ἁμαρτίας καὶ ταλαιπωρίας ἁπάσης, χωρὶς τῆς ἡμῶν ἀξίας, τῇ Θεοῦ χάριτι, διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀπηλλάγμεθα, τί καὶ δεῖ ἀγαθὰ ποιεῖν ἔργα;

Διότι ὁ Χριστὸς, μετὰ τὸ ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ αἵματι ἐξαγοράσαι, ἡμᾶς καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τὴν αὐτοῦ εἰκόνα ἀνακαινεῖ, ἵνα διὰ παντὸς τοῦ βίου, τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῶνδε τῶν εὐεργεσιῶν εὐχαριστοῦντες φαινώμεθα, καὶ αὐτὸς δι' ἡμῶν δοξασθῇ. ἔπειτα δὲ, ἵνα αὐτοὶ ἐν αὐτοῖς περὶ τῆς ἰδίας πίστεως, ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῆς, πληροφορίαν ἕκαστος λάβωμεν. πρὸς τούτοις, ἵνα δι' εὐσεβοῦς ἀναστροφῆς καὶ τοὺς πλησίον τῷ Χριστῷ κερδαίνωμεν.

87. Οὐκοῦν σώζεσθαι δύνανται οἱ ἀπ' ἀχαρίστου καὶ ἀμεταμελήτου βίου πρὸς τὸν Θεὸν οὐ μὴ ἐπιστρέφοντες;

Οὐδαμῶς· οὐ γὰρ, ὡς ἡ γραφὴ διαμαρτύρεται, οὔτε ἀκάθαρτοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται.

οὔτε

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

convitiatores, nec raptores, hæreditatem regni Dei conſequentur.

DOM. XXXIII.

88. *Quibus partibus conſtat converſio hominis ad Deum?*

Mortificatione veteris, & vivificatione novi hominis.

89. *Quid eſt mortificatio veteris hominis?*

Vere & ex animo dolere, quod peccatis tuis Deum offenderis, eaque magis ac magis odiſſe & fugere.

90. *Quid eſt vivificatio novi hominis?*

Vera lætitia in Deo per Chriſtum, & ſerium ac promtum ſtudium inſtituendi vitam ex voluntate Dei, omniaque bona opera exercendi.

91. *Quæ ſunt bona opera?*

Ea tantum, quæ ex vera fide, ſecundum legem Dei fiunt, & ad ejus ſolius gloriam referuntur: non ea, quæ aut a nobis opinione recti conficta, aut ab aliis hominibus tradita ſunt.

92. *Quæ ſunt Legis divinæ præcepta?*

Loquutus eſt Deus omnia verba hæc.

Pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

οὔτε μέθυσοι, οὔτε λοίδοροι, οὔτε ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι.

88. Πόσα δὲ τῆς ἀληθινῆς μετανοίας, εἴτουν ἐπιστροφῆς, μέρη ἐστί;

Δύο· ἡ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου νέκρωσις, καὶ ἡ τοῦ καινοῦ ζωοποίησις.

89. Τί ἐστιν ἡ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου νέκρωσις;

Τὸ ἀληθῶς καὶ ἀπὸ ψυχῆς ταῖς ἁμαρτίαις Θεὸν παροργιζούσαις ἄχθεσθαι, καὶ αὐτὰς μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον μισεῖντε καὶ ἐκτρέπεσθαι.

90. Τί δὲ ἡ τοῦ καινοῦ ἀνθρώπου ζωοποίησις;

Ἐγκάρδιος χαρὰ ἐν Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, ἐπιμελῆς τε σπουδὴ καὶ πρόθυμος, τοῦ πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ζῆν ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις ἀγαθοῖς.

91. Τίνα οὖν ἐστιν ἀγαθὰ ἔργα;

Τὰ ἐξ ἀληθινῆς πίστεως, κατὰ τὸν Θεοῦ νόμον, πρὸς τὴν αὐτοῦ δόξαν γενόμενα, καὶ οὐ τὰ κατὰ τὴν ἡμετέραν δόκησιν, ἢ τὰς ἑτέρων ἀνθρώπων παραδόσεις ἀποτελούμενα.

92. Τίνα οὖν τὰ τοῦ θείου νόμου παραγγέλματα;

Καὶ ἐλάλησε Κύριος πάντας τοὺς λόγους τούτους.

Τὸ πρῶ-

Primum.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Ægypto, domo ſervitutis. Non habebis Deos alienos in conſpectu meo.

Secundum.

Ne ſculpas tibi ſimulacrum, nec ullam imaginem effingas eorum, quæ aut ſupra ſunt in cœlo, aut infra in terra, aut in aquis ſub terra: ne incurves te illis, neque colas ea: Ego enim ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, vindicans peccata patrum in filijs, idque in tertia & quarta progenie eorum, qui oderunt me: & miſericordia utens in milleſimam eorum, qui diligunt me, & obſervant præcepta mea.

Tertium.

Ne uſurpes nomen Domini Dei tui temere: Neque enim Dominus impunitum dimittit eum, qui nomen ejus vane uſurpaverit.

Quartum.

Memento ut diem Sabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & omne opus tuum facies: At ſeptimo die Sabbatum erit Domino Deo tuo. Non facies

Τὸ πρῶτον.

Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας. Οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

Τὸ δεύτερον.

Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς· οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς· Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ζηλωτής, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με· καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας, τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.

Τὸ τρίτον.

Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

Τὸ τέταρτον.

Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν Σαββάτων, ἁγιάζειν αὐτήν· ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ Σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου. Οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον, σὺ, καὶ ὁ υἱός σου, καὶ ἡ θυ-

γάτηρ

cies ullum opus, nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec ſervus tuus, nec ancilla tua, nec jumentum tuum, nec advena, qui eſt intra portas tuas: Nam ſex diebus fecit Deus cœlum, terram, mare, & quæcunque in ijs ſunt, & requievit die ſeptimo, ideoque benedixit Deus diei Sabbati, & ſanctificavit eum.

Quintum.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut diu vivas in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

Sextum.

Non occides.

Septimum.

Non committes adulterium.

Octavum.

Non furaberis.

Nonum.

Non dices contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Decimum.

Non concupiſces domum proximi tui, nec concupiſces uxorem proximi tui, nec ſervum ejus, nec ancillam, nec bovem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

γάτης σου, ὁ παῖς σου καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου, καὶ ὁ προσήλυτος, ὁ παροικῶν ἐν σοί· ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε Κύριος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλατταν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· διὰ τοῦτο ηὐλόγησε Κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν.

Τὸ πέμπτον.

Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι.

Τὸ ἕκτον.

Οὐ φονεύσεις.

Τὸ ἕβδομον.

Οὐ μοιχεύσεις.

Τὸ ὄγδοον.

Οὐ κλέψεις.

Τὸ ἔννατον.

Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.

Τὸ δέκατον.

Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου· οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τοῦ βοὸς

nec aſinum, nec quicquam eorum quæ ſunt proximi tui.

DOM. XXXIV.

93. *Quomodo dividuntur hæc præcepta?*

In duas tabulas, quarum prior quatuor præceptis tradit, quo pacto nos erga Deum geramus: Poſterior ſex præceptis, quæ officia proximo debeamus.

94. *Quid poſtulat Deus in primo præcepto?*

Vt, quam mihi chara eſt ſalus animę meę, tam ſtudioſe vitem & fugiam omnem idololatriam, magiam, incantationem, ſuperſtitionem, invocationem Sanctorum, cæterarumve creaturarum: unicum autem & verum Deum recte agnoſcam, ipſi ſoli fidam, ſumma humilitate ac patientia me illi ſubjiciam, ab eo ſolo omnia bona expectem, denique intimo cordis affectu ipſum amem, reuerear, venerer, adeo ut omnibus potius creaturis renuntiem, quam vel minimum contra ejus voluntatem committam.

95. *Quid eſt idololatria?*

Eſt loco unius Dei, aut præter unum illum & verum Deum, qui ſe in verbo ſuo patefecit, aliud quippiam fingerę aut habere, in quo ſpem reponas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

αὐτοῦ, οὔτε τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὔτε παντὸς κτήνους αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τῷ πλησίον σου ἐστί.

93. Πῶς δὲ μερίζεται ταῦτα τὰ προστάγματα;

Εἰς δύο πλάκας· ὧν ἡ προτέρα μὲν ἐν τέτταρσιν ἐντολαῖς παραγγέλλει τὰ πρὸς τὸν Θεὸν ὅσια· ἡ δ᾽ ἑτέρα ἐν ἓξ ἐπιταγαῖς ὑφηγεῖται τὰ τῷ πλησίον ὀφειλόμενα.

94. Τί ἀπαιτεῖ ὁ Κύριος ἐν τῷ πρώτῳ παραγγέλματι;

Κελεύει, ὅσον μοι τῆς σωτηρίας μέλει, τοσαύτῃ σπουδῇ πᾶσαν παντάπασιν εἰδωλολατρείαν, μαγείαν τε καὶ ἐπῳδάς, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἢ ἄλλων τινῶν κτίσεων προσκύνησιν ἀποστρέφεσθαι καὶ φεύγειν· αὐτὸν δὲ τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν ὀρθῶς γνωρίζειν, αὐτῷ μόνῳ ἐν πάσῃ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ὑπομονῇ πεποιθέναι, παρ᾽ αὐτοῦ μόνου πάντα τὰ ἀγαθὰ προσδέχεσθαι, καὶ αὐτὸν ἀφ᾽ ὅλης τῆς ψυχῆς μου ἀγαπᾶν, τιμᾶν τε καὶ φοβεῖσθαι· ὥστε πρότερον πάσαις ταῖς κτίσεσιν ἀποτάττεσθαι, ἢ τοὐλάχιστον παρὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν πλημμελεῖν.

95. Τί ἐστιν εἰδωλολατρεία;

Τὸ ἀντὶ τοῦ ἑνὸς καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐν τῷ ῥήματι ἑαυτὸν πεφανερωκότος, ἢ παρὰ τοῦτον δὲ τὸν Θεὸν ἄλλο τι πλάσσοντα ἢ ἐπινοοῦντα, τούτῳ πεποιθέναι.

DOM. XXXV.

96. *Quid poſtulat ſecundum præceptum?*

Ne Deum ulla imagine aut figura exprimamus, néve ulla alia ratione eum colamus, quam qua ſe in verbo ſuo coli præcepit.

97. *An nullæ ergo prorſus fingendæ ſunt imagines aut ſimulacra?*

Deus nec effingi ulla ratione debet nec poteſt; creaturas autem, etſi exprimere quidem licet, vetat tamen Deus earum imagines fingi aut haberi, quo vel ipſas, vel Deum per ipſas colamus aut honoremus.

98. *An non autem in templis imagines tolerari poſſunt, quæ pro libris ſint imperitæ multitudini?*

Minime: Neque enim decet nos ſapientiores eſſe Deo, qui Eccleſiam ſuam non mutis ſimulacris, ſed viva prædicatione verbi ſui vult erudiri.

DOM. XXXVI.

99. *Quid ſancit Deus in tertio præcepto?*

Vt non ſolum exſecrando, aut pejerando, verum etiam temerè jurando, nomen Dei contumelioſe aut irreverenter ne uſurpemus: néve tacendo aut connivendo horrendis iſtis ſceleribus communicem', ſed ſacroſancto Dei nomine non niſi ſumma cum

96. Τί κελεύει τὸ δεύτερον πρόσταγμα;

Οὐδὲν τοῦ Θεοῦ μόρφωμα ἐξεικονίζειν, οὐδ' αὐτὸν ἄλλοις τισὶ, παρὰ τὰς ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ ῥήματι ἐπιτεταλμένας, θρεσκείαις θεραπεύειν.

97. Ἀλλ' ἆρ' οὐδὲν ὅλως τοῦ Θεοῦ εἰκόνισμα ποιεῖν ἔξεστι;

Τὸν Θεὸν οὔτε δυνατόν ἐστιν, οὔτε ὅσιον ἀπεικονίσαι· τὰς δὲ κτίσεις ἔξεστι μὲν ἀπομόρξασθαι, εἰκόνας δ' αὐτῶν σεβασμοῦ χάριν ποιεῖν ἢ ἔχειν, ἢ τὸν Θεὸν διὰ τούτων θρησκεύειν, τῷ θείῳ νόμῳ κωλυόμεθα.

98. Οὔκουν τὰ εἴδωλα ἐν τοῖς ναοῖς ἔχειν ἔξεστι, ὡς τοῦ ἀπείρου ὄχλου βιβλία;

Οὔ· οὐ γὰρ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φρονιμωτέρους εἶναι προσήκει, ὃς τὸν λαὸν αὐτοῦ οὐ δι' ἀφώνων εἰκόνων, διὰ δὲ τῆς ζώσης τοῦ θείου λόγου κηρύξεως διδάσκεσθαι ἐθέλει.

99. Τί προστάττει ἡ τρίτη ἐντολή;

Οὐ μόνον τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα μὴ βλασφημεῖν, ἢ πρὸς κατάρας ἢ ἐπιορκίας αὐτῷ καταχρῆσθαι, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ματαίας διωμοσίας ἢ μαγείας αὐτῷ παραχρῆσθαι, οὔτ' αὖ τῶν τοιούτων ῥᾳδιουργημάτων ἢ ἐφιέντας ἢ σιωπῶντας κοινωνεῖν· συνελόντι δ' εἰπεῖν, τῷ τοῦ Θεοῦ ὀνόματι οὐκ ἄλλως χρῆσθαι, εἰ μὴ

ma cum religione & veneratione utamur, ut vera & conſtanti confeſſione, invocatione, omnibus denique verbis & actionibus noſtris ipſe celebretur.

100. *Eſt-ne igitur adeo grave peccatum iurando, aut dira imprecando, nomen Dei temerare, ut Deus etiam ijs ſuccenſeat, qui, quantum in ſe eſt, illud non prohibent aut impediunt?*

Certè graviſſimum: Neque enim ullum eſt peccatum majus, aut quod Deum gravius offendat, quàm ſacri ipſius nominis contumelia. Quocirca etiam id ſcelus morte multari voluit.

DOM. XXXVII.

101. *Poteſt-ne quis etiam piè per nomen Dei iurare?*

Poteſt, cum vel magiſtratus id exigit, vel alioqui neceſſitas hoc pacto fidem firmari, & veritatem ſtabiliri poſtulat; quo & gloria Dei illuſtretur, & aliorum ſaluti conſulatur: Nam eius generis jusjurandum verbo Dei ſancitur, ideoque etiam à ſanctis in veteri & novo fœdere recte eſt uſurpatum.

102. *Eſt-ne licitum iurare per Sanctos, aut alias creaturas?*

Non: Nam legitimum juramentum eſt invocatio Dei, qua petitur, ut is ipſe,

tam-

μετ' εὐλαβείας τε καὶ σεβασμοῦ, ἵνα ὀρθῶς ὁμολογηθῇ τε καὶ ἐπικληθῇ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς τε λόγοις ἡμῶν καὶ ἔργοις δοξασθῇ.

100. Ἆρ' οὖν οἱ περὶ κατάρας ἢ διωμοσίας τῷ θείῳ ὀνόματι παραχρώμενοι, τοσοῦτον ἁμαρτάνουσιν, ὥστε Θεὸν ὀργίζεσθαι καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα (καθ' ὅσον γ' αὐτοῖς δυνατὸν) μὴ ἀπαγορεύουσιν, ἢ κωλύεσθαι ζητοῦσι;

Ναί· οὐδεμία γὰρ ἁμαρτία μείζων ἐστὶν, οὐδὲ τὸν Θεὸν μᾶλλον παροργίζει, ἢ ἡ τοῦ Θεοῦ ὀνόματος βλασφημία· διὸ καὶ θανάτῳ αὐτὴν ζημιῶσαι ὁ Θεὸς προσέταξε.

101. Οὐχὶ δὲ καὶ ὀρκωμοσίας ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ὀνόματι γίνεσθαι θεμιτόν;

Ναὶ, ἐὰν οἱ ἄρχοντες τοῖς ὑπηκόοις ταύτας ἐπιθῶσιν, ἢ ἡ ἀνάγκη ἀπαιτήσῃ· ἵνα τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸ πιστὸν καὶ τὸ ἀληθὲς, πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, καὶ τὴν τοῦ πλησίον σωτηρίαν διαφυλαχθῇ· τοιαῦται γὰρ ὁρκωμοσίαι τῷ θείῳ ῥήματι ὁμολόγως γίγνονται· διόπερ καὶ οἱ ἅγιοι, ἔν τε τῇ παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ, ὀρθῶς αὐταῖς κέχρηνται.

102. Ἀλλ' ἆρα καὶ διὰ τῶν Ἁγίων ἢ ἄλλων τινῶν κτίσεων ὁρκωμοτεῖν θέμις;

Οὔ· ἡ γὰρ νόμιμος ὁρκωμοσία, Θεοῦ ἐστιν ἐπίκλησις, ἵνα αὐτὸς, ἅτε μόνος ὢν καρ-

tamquam unicus cordium inſpector, teſtimonium det veritati, & jurantem puniat, ſi ſciens fallat: Porro hic honos nulli creaturæ convenit.

DOM. XXXVIII.

103. *Quid præcipit Deus in quarto præcepto?*

Primum, ut miniſterium Euangelij & ſcholæ conſerventur: utque ego cum alijs, tum præcipue feſtis diebus, ſtudioſe cœtus divinos frequentem, verbum Dei diligenter audiam, utar Sacramentis, precibus publicis meas quoque preces adjungam, pro facultatib⁹ aliquid conferam in pauperes. Deinde, ut in omni vita à pravis actionibus vacem, Domino concedens, ut per Spiritum ſanctum in me ſuum opus faciat, atque ita ſempiternum illud Sabbatum in hac vita exordiar.

DOM. XXXIX.

104. *Quid nobis iniungit Deus in quinto præcepto?*

Vt parentibus, atque adeo omnibus qui nobis præſunt debitum honorem, amorem & fidem præſtemus, noſque ipſorum fidelibus præceptis & caſtigationibus ea, qua par eſt, obedientia ſubmittamus: Tum etiam ut eorum vitia & mores noſtra patientia toleremus, illud ſemper cogitantes, Deum nos illorum manu velle ducere ac regere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

διογνώστης, τῇ ἀληθείᾳ μάρτυς γένηται, καὶ τὸν ὀμνύοντα, ἐὰν εἰδὼς καὶ ἑκὼν ψεύδηται, κολάζῃ· ταύτης γὰρ τῆς τιμῆς οὐδεμία κτίσις τυχεῖν ἀξία.

103. Τί ἐπιτάττει ὁ Θεὸς ἐν τῇ τετάρτῃ ἐντολῇ;

Πρῶτον μὲν, τὰς Ἐκκλησίας τε καὶ σχολὰς διασώζεσθαι, καὶ ἐμὲ ταῖς τε ἄλλαις ἡμέραις, καὶ μάλιστα ταῖς ἑορτασίμοις, εἰς τὰς ἱερὰς συναγωγὰς μετὰ σπουδῆς φοιτῶντα, τῶν θείων λογίων μετὰ προσοχῆς ἀκροᾶσθαι, τῶν ἱερῶν Μυστηρίων κοινωνεῖν, τὸ θεῖον ὄνομα ἐπικαλεῖσθαι, τήν τε Χριστιανοῖς προσήκουσαν ἐλεημοσύνην συνερανίζειν. ἔπειτα, πάσαις ταῖς τοῦ βίου ἡμέραις ἀπὸ μοχθηρῶν ἔργων ἑορτάζειν, τήν τε ψυχήν μου τῷ θείῳ Πνεύματι γυμνασθησομένην παρέχειν· καὶ οὕτω τὴν τοῦ ἀϊδίου Σαββάτου ἀρχὴν ἐν τῷδε τῷ βίῳ ποιεῖσθαι.

104. Τί δὲ τῇ πέμπτῃ ἐντολῇ κελευόμεθα;

Τῷ Πατρὶ, καὶ τῇ Μητρὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἡμῶν προεστῶσι, τὰς προσηκούσας τιμὰς, ἀγάπην τε καὶ πίστιν ἀπονέμειν, ταῖς ὑγιέσιν αὐτῶν νουθετήμασι καὶ σωφρονισμοῖς μετὰ πρεπούσης πειθαρχίας ὑποτάττεσθαι, τὰς τ' αὐτῶν δυσκολίας καὶ ἄλλων τοιουτοτρόπων ἐλαττωμάτων εὐγνωμόνως ἀνέχεσθαι· ἐπειδήπερ ὁ Θεὸς ἡμᾶς τῇ τούτων χειρὶ κυβερνᾶν καὶ διέπειν ἐθέλει.

DOM. XL.

105. *Quid flagitat Deus in ſexto præcepto?*

Vt proximum neque cogitatione, neque verbis, neque geſtibus, nedum factis, vel per me, vel per alium contumelia afficiam, aut oderim, aut lædam, aut occidam; ſed omnem vindictæ cupiditatem abjiciam: Adhæc ne me ipſum lædam, aut ſciens in aliquod periculum conjiciam; quocirca etiam, ne cædes fierent, Magiſtratum Deus gladio armavit.

106. *Atqui hoc præceptum ſolam cædem prohibere videtur?*

At cædem prohibendo docet Deus, ſe radicem & originem cædis, iram ſcilicet, invidiam, odium, & vindictæ cupiditatem odiſſe, atque ea omnia pro cæde ducere.

107. *An vero id ſatis eſt, nos neminem eo, quo dictum eſt, modo, occidere?*

Non eſt ſatis: Dum enim Deus iram, invidiam, odium damnat, poſtulat ut proximum æque ac nos ipſos deligamus, & ut humanitate, lenitate, manſuetudine, patientia & miſericordia erga eum utamur, quodque ei damno eſſe poſſit, quantum in nobis eſt, avertamus: Ad ſummam, ita animo affecti ſimus, ut ne inimicis quidem benefacere dubitemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

105. Τί δὲ τῇ ἕκτῃ ἐντολῇ προστάττόμεθα;

Τὸν πλησίον οὔτε λογισμῷ, οὔτε λόγοις, οὐθ' ὁποιᾳδή ποτε σώματος σχέσει, πολὺ δ' ἧττον ἔργοις, μήτε δι' ἑαυτῶν, μήτε δι' ἑτέρων, οὐ μὴ μισεῖν, προπηλακίζειν, βλάπτειν ἢ φονεύειν, πάντων δὲ τοῦ τιμωρητικοῦ ὁρμὴν ἀποθέσθαι· ἔτι δὲ οὐδὲ ἑαυτοὺς λυμαίνεσθαι, ἢ προπετῶς ῥιψοκινδυνεύειν. διὸ καὶ ὁ Θεὸς, ἐπὶ φόνων κωλύσει, τοὺς ἄρχοντας ξιφήρεις εἶναι ἠθέλησε.

106. Ἀλλὰ φόνου μόνον ἀπαγόρευσιν ἔχειν δοκεῖ τὸ πρόσταγμα;

Ναί· ἀλλὰ τῇ τοῦ φόνου ἀπαγορεύσει ἀποδοκιμάζει ὁ Θεὸς καὶ τὰς τοῦ φόνου ῥίζας, οἷον, τὸν φθόνον, τὸ μῖσος, τὴν ὀργὴν, καὶ τὸ τιμωρητικόν· πάντα ταῦτ' ἐνώπιον αὐτοῦ λαθείδιον εἶναι φόνον αἰνιττόμενος.

107. Ἆρ' οὖν ἀρκεῖ τὸ τὸν πλησίον, ὡς προείρηται, μὴ φονεύειν;

Οὔ· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς τῇ τοῦ φθόνου, τοῦτε μίσους καὶ τῆς ὀργῆς καταγνώσει, ἀξιοῖ ἡμᾶς τὸν πλησίον ἀγαπᾶν ὡς ἑαυτοὺς· συγγνωμόνως τε καὶ εἰρηνικῶς, ἔτι δὲ πρᾴως, φιλοίκτως τε, καὶ φιλοφρόνως αὐτῷ προσφέρεσθαι· τά τ' αὐτῷ ἐπιζήμια, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, ἀποσκευάζεσθαι· καὶ ὡς συλλήβδην εἰπεῖν, τὴν ψυχὴν οὕτω διακεῖσθαι, ὥστε καὶ τοὺς ἐχθροὺς εὖ ποιεῖν ὑπομεῖναι.

108. Τί

DOM. XLI.

108. *Quæ eſt ſententia ſeptimi præcepti?*

Deum omnem turpitudinem exſecrari, ideoque nos eam penitus odiſſe ac deteſtari debere; contraque temperanter, modeſte & caſte, ſive in ſacro conjugio, ſive in vita cœlibe vivere oportere.

109. *Nihil-ne amplius prohibet Deus hoc præcepto, quam adulterium & id genus turpitudines?*

Cum corpus & animus noſter templa ſint Spiritus ſancti, vult Deus, vt utrumque pure ſancteque poſſideamus; ideoque facta, geſtus, ſermones, cogitationes, cupiditates fœdas, & quicquid hominem ad iſta allicit, id univerſum prohibet.

DOM. XLII.

110. *Quid vetat Deus in octavo præcepto?*

Non ſolum ea furta & rapinas, quas magiſtratus punit: ſed furti nomine comprehendit, quicquid eſt malarum artium & aucupiorum, quibus aliena captamus, & ad nos vi, aut ſpecie recti rransferre ſtudemus: qualia ſunt iniquum pondus, injuſta ulna, inæqualis menſura, fucoſa merx, fallax moneta, uſura, aut alia quævis

ratio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

108. Τί δὲ τὸ ἕβδομον λέγειν βούλεται;

Τὸν Θεὸν πᾶσαν ἀκαθαρσίαν μυσάττεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο δεῖν ἡμᾶς αὐτὴν ἀφ' ὅλης τῆς ψυχῆς μισεῖν τε καὶ ἀποτροπιάζεσθαι· τοὐναντίον δὲ ἁγνῶς καὶ κοσμίως ζῆν, ἐάν τε συζυγῶμεν, ἐάν τε ἄγαμον βίον διάγοντες τυγχάνωμεν.

109. Ἆρ' οὖν ἄλλο οὐδὲν ἀπαγορεύει ἡ ἐντολὴ αὕτη, ὅτι μὴ μοιχείαν, καὶ τὰς παραπλησίους αἰσχρουργίας;

Ἐπειδὴ ἄμφω, τό τε σῶμα ἡμῶν καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ναός ἐστιν, ὁ Θεὸς ἀμφότερον ὑφ' ἡμῶν καθαρὸν καὶ ἅγιον διαφυλάττεσθαι ἀξιοῖ· καὶ διὰ τοῦτο ἀπαγορεύει πάντα τὰ ἀκάθαρτα ἔργα τε καὶ ῥήματα· ἔτι δὲ αἰσχροὺς σχηματισμούς τε καὶ λογισμοὺς, ἐπιθυμίας τε, καὶ ὅσα τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὰ τοιαῦτα παρορμῆσαι πέφυκε.

110. Τί δ' ἀπαγορεύει ἡ ὀγδόη ἐντολή;

Οὐ κλοπὰς μόνον κωλύει καὶ ἁρπαγὰς, τὰς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κολαζομένας· ἀλλ' ὁ Θεὸς κλοπὴν καλεῖ πάντα τὰ δόλια τεχνάσματά τε καὶ σοφίσματα, δι' ὧν τὰ τοῦ πλησίον σφετερίζεσθαι ζητοῦμεν, εἴτε βίᾳ εἴτε τοῦ δικαίου προφάσει· οἷον σταθμὰ καὶ μέτρα δόλια, πήχεις ἀνίσους, ἀγοράσματα κίβδηλα, νόμισμα παράσημον, δανεισμὸν, καὶ ἑτέρους πα-

ελσμοὺς

ratio vel modus rem faciendi à Deo interdictus. His adde omnem avaritiam multiplicemq; divinorum donorum profuſionem & abuſum.

111. *Quæ ſunt ea, quæ Deus hîc iubet?*

Vt commoda & utilitates proximi, quantùm poſſim, adjuvem & augeam: cum eo ſic agam, ut mecum agi cuperem, ſedulo & fideliter opus faciam, ut aliorum quoque egeſtati ſubvenire queam.

DOM. XLIII.

112. *Quid exigit nonum præceptum?*

Ne adverſus quempiam dicam falſum teſtimonium, nullius verba calumnier, nulli obtrectem, aut convitium faciam, neminem temerè vel indicta cauſa condemnem: Verum omnis generis mendacia, fraudes, ut opera Diaboli propria, niſi in me graviſſimam iram Dei concitare velim, omni cura fugiam: In judiciis cæteriſque negotiis veritatem ſecter, & id quod res eſt liberè conſtanterque profitear: Adhæc famam aliorum & exiſtimationem, quantum queam, defendam & augeam.

113. *Quid prohibet decimum præceptum?*

Ne vel minima cupiditate aut cogitatione adverſus ullum Dei præceptum corda

ρισμοὺς τοὺς τῷ θείῳ ῥήματι ἐναντιουμένους. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τήν τε πλεονεξίαν ἅπασαν, καὶ τὰς τῶν θείων δωρεῶν ἀχρήστους ἐκχύσεις ἢ παραχρήσεις.

111. Τί δὲ κελεύει τὸ πρόσταγμα τοῦτο;

Τῷ πλησίον εἰς τὰ συμφέροντα κατὰ δύναμιν συμπουδάζειν, καὶ οὕτως αὐτῷ προσφέρεσθαι, ὡς ἂν ἑτέρους ἡμῖν χρῆσθαι ἐθέλοιμεν· ἔτι δὲ τοῖς ἰδίοις πόνοις σπουδῇ προσλιπαρεῖν, ὅπως αὐτοί τε ἀποχρώντως ἔχωμεν, καὶ τοῖς ἐνδεέσιν ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἐπαρκεῖν οἷοί τε ὦμεν.

112. Τί δὲ βούλεται τὸ ἔνατον πρόσταγμα;

Μηδενὸς καταψευδομαρτυρεῖν· μηδενὸς τοὺς λόγους συκοφαντεῖν· οὐ καταλαλεῖν, οὐ λοιδορεῖν· οὔτε αὖ τοῖς ἀκρίτως καὶ προπετῶς κατακρίνουσι προστίθεσθαι· πάντα δὲ τὰ ψεύδη καὶ πανουργήματα, ὡς τῷ Διαβόλῳ ἴδια, τῷ δὲ Θεῷ ἔχθιστα ἔργα, ἐκκλίνοντα, ἔντε δίκαις καὶ πᾶσι τοῖς ἑτέροις συμβολαίοις, τὴν ἀλήθειαν στέργοντε καὶ ἀπροφασίστως ἐκφαίνειν· ἔτι δὲ τὴν τοῦ πλησίον φήμην καὶ δόξαν, ὡς ἔχομεν δυνάμεως, σώζειν τε καὶ σεμνύνειν.

113. Τί δὲ κελεύει ἡ δεκάτη ἐντολή;

Οὐδεμίαν οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην ἐπιθυμίαν ἢ ἔννοιαν κατ' οὐδενὸς τῶν θείων προσταγμάτων ταῖς καρδίαις ἡμῶν προσίστασθαι·

ἀλλὰ

corda noſtra unquam ſolicitentur: ſed ut perpetuo & ex animo omne peccatum deteſtemur, contraque omni juſtitia delectemur.

114. *Poſſunt-ne autem illi, qui ad Deum converſi ſunt, hæc præcepta perfecte ſervare?*

Minime: Verum etiam ſanctiſſimi quique, quamdiu in hac vita ſunt, habent tantum exigua initia huius obedientiæ: ſic tamen, ut ſerio ac non ſimulato ſtudio, non ſecundum aliqua tantum, ſed ſecundum omnia Dei præcepta vivere incipiant.

115. *Cur igitur vult Deus legem ſuam adeo exacte & ſevere prædicari, cum nemo ſit in hac vita, qui eam ſervare poſſit?*

Primum, ut in omni vita magis magisque agnoſcamus, quanta ſit naturæ noſtræ ad peccandum propenſio, tantoque avidius remiſſionem peccatorum, & juſtitiam in Chriſto expetamus: Deinde, ut hoc perpetuo agamus, illud ſemper meditemur, & gratiam Spiritus ſancti à Patre imploremus, quo in dies magis ac magis ad imaginem Dei renovemur, donec aliquando tandem, poſtquam ex hac vita deceſſerimus, propoſitam nobis perfectionem læti aſſequamur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ἀλλὰ διηνεκῶς καὶ ἀφ' ὅλης τῆς ψυχῆς πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀποτροπιαζομένους, πᾶν δικαιοσύνης εἶδος μετὰ σπουδῆς διώκειν.

114. Πότερον δ' οἱ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστραφέντες ταύτας τὰς ἐντολὰς τελέως πληρῶσαι δύνανται;

Οὐκ· ἀλλὰ καὶ τῶν ἁγιωτάτων οἵτινές εἰσιν, ὅσον ἂν χρόνον ἐν τῷδε τῷ βίῳ διαμένωσι, μόνον ὀλίγην τινὰ τῆσδε τῆς πειθαρχίας ἀρχὴν ἔχουσιν· οὕτω μέντοι, ὥστε οὐ πρὸς ἐνίας μόνον, ἀλλὰ πρὸς πάσας τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς ζῆν πᾶσαν σπουδὴν ποιεῖσθαι.

115. Διὰ τί οὖν ὁ Θεὸς τὰς ἐντολὰς οὕτως ἀκριβῶς τε καὶ ἐπιστρεφῶς κηρύττεσθαι ἐθέλει, οὐδενὸς ὄντος τοῦ αὐτὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ τηρῆσαι δυναμένου;

Πρῶτον μὲν, ἵνα δι' ὅλου τοῦ βίου τὸ ἁμαρτητικὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως μᾶλλον ἀεὶ γνωρίσαντες, τοσούτῳ προθυμότερον τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, τήν τ' ἐν τῷ Χριστῷ δικαιοσύνην ζητῶμεν. ἔπειτα, ἵνα ἐνδελεχεῖ λιτανείᾳ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν αἰτῶμεν, ὅπως καθ' ἑκάστην μᾶλλον ἀεὶ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ εἰκόνα ἀνακαινώμεθα, ἕως οὗπερ προκειμένης ἡμῖν τελειότητος μετὰ τόνδε τὸν βίον ἐπιτυχεῖς γενώμεθα.

ΠΕΡΙ

DE PRECATIONE.

DOM. XLV.

116. *Quare Chriſtianis neceſſaria eſt precatio?*

Quia præcipua pars eſt ejus, quam Deus a nobis poſtulat, gratitudinis: Tum quia illis tantum ſuam gratiam & Spiritum ſanctum Deus largitur, qui veris gemitibus continenter hæc ab eo petunt, & pro ijs ipſi gratias agunt.

117. *Quæ requiruntur ad eam precationem quæ Deo placeat, quæque ab ipſo exaudiatur?*

Vt à ſolo vero Deo, qui ſe in verbo ſuo patefecit, omnia quæ à ſe petijuſsit, vero cordis affectu petamus, ex intimo noſtræ indigentiæ ac miſeriæ ſenſu nos in conſpectu divinæ Majeſtatis ſupplices abjiciamus, huic firmo fundamento innitamur, nos à Deo, quanquam indignos, propter Chriſtum tamen certò exaudiri, quemadmodum nobis in verbo ſuo promiſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ.

116. Διὰ τί δὲ ἡ προσευχὴ τοῖς Χριστιανοῖς ἀναγκαία ἐστί;

Διότι τὸ κυριώτατόν ἐστι μέρος τῆς εὐχαριστίας, τῆς τῷ Θεῷ ὑφ᾽ ἡμῶν ὀφειλομένης· ἔτι δὲ, διότι ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ χάριν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τούτοις μόνον διδόναι ἀξιοῖ, ὅσοι ἐμπαθέσι στεναγμοῖς καὶ ἀδιαλείπτοις ἀντιβολήσεσι ταῦτα παρ᾽ αὐτοῦ αἰτοῦσι, καὶ αὐτῷ ὑπὲρ τούτων εὐχαριστοῦσι.

117. Τίνα δὲ προσεῖναι χρὴ προσευχῇ τῇ ἀρέσαι τε τῷ Θεῷ καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ εἰσακουσθῆναι μελλούσῃ;

Πρῶτον μὲν, τὸ, μόνον τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, τὸν ἐν τῷ ῥήματι ἑαυτὸν φανερώσαντα, ὑπὲρ πάντων ὅσα αἰτῆσαι ἡμᾶς προσέταξεν, ἀπὸ ψυχῆς ἐπικαλέσαι. ἔπειτα, τὸ, τὴν ἰδίαν ταλαιπωρίαν καὶ ἔνδειαν δυσωπουμένης διανοίας αἰσθήσει ἐπιγνόντα, ἑαυτὸν ἐνώπιον τῆς θείας μεγαλωσύνης ταπεινῶσαι. τρίτον, τὸ βεβαίως πεπεῖσθαι, ὅτι αἱ δεήσεις ἡμῶν, κἂν ἀνάξιοι ὄντες τυγχάνωμεν, ἀλλ᾽ οὖν διά γε τὸν Κύριον Ἰησοῦν ἀμεταπλάστως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰσακουσθήσονται, καθάπερ ἡμῖν ἐν τῷ αὐτοῦ ῥήματι ὑπέσχηται.

118. Τίνα

118. *Quæ ſunt ea, quæ à ſe peti iubet?*

Omnia tum animæ tum corpori neceſſaria, quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus ea precatione, quam nos ipſe docuit, complexus eſt.

119. *Quæ eſt illa precatio?*

Pater noſter, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum: Veniat regnum tuum: Fiat volnntas tua, quemadmodum in cœlo, ſic etiam in terra: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris: Et ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo. Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria, in ſecula. Amen.

DOM. XLVI.

120. *Cur præcipit Chriſtus, ut ita Deum compellemus: Pater noſter?*

Vt ſtatim in ipſo precationis exordio, convenientem Dei filijs reverentiam & fiduciam erga Deum in nobis excitet, quæ noſtræ precationis fundamentum eſſe debet: nimirum Deum per Chriſtum nobis Patrem factum eſſe, & quæ vera fide ab eo petimus, nobis multo minus negare, quam parentes noſtri nobis bona terrena denegant.

121. *Cur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

118. Τίνα οὖν παρ' αὐτοῦ αἰτεῖσθαι Θεὸς ἐκέλευσε;

Πάσας τὰς πνευματικάς τε καὶ σωματικὰς ἐνδείας, ἃς ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ ὑφηγηθείσῃ προσευχῇ περιείληφε.

119. Τίς ἐστιν αὕτη ἡ προσευχή;

Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ Πονηροῦ. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

120. Διὰ τί προσέταξεν ὁ Χριστὸς τὸν Θεὸν ὧδε προσαγορεύειν· Πάτερ ἡμῶν;

Ἵνα εὐθὺς ἐν τῇ τῆς προσευχῆς ἀρχῇ, ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐμποιῇ τὴν προσήκουσαν τοῖς τοῦ Θεοῦ τέκνοις εὐλάβειάν τε καὶ πεποίθησιν πρὸς τὸν Θεόν, ἣν τῆς ἡμετέρας προσευχῆς κρηπῖδα εἶναι χρή· λέγω δὲ ὅτι ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ὁ Πατὴρ ἡμῶν γέγονε, καὶ τὰ ἐν πίστει παρ' αὐτοῦ αἰτούμενα, πολλῷ ἧττον δεομένοις ἡμῖν ἀνανεύσεσθαι μέλλει, ἢ οἱ γονεῖς ἡμῶν γήϊνα λιπαροῦσιν ἡμῖν ἀπαναίνονται.

121. Διὰ

121. *Cur additur: Qui es in cœlis?*

Ne de cœleſti majeſtate Dei humile quippiam aut terrenum cogitemus: ſimul etiam, ut ab eius omnipotentia, quæcunque animo & corpori ſunt neceſſaria, exſpectemus.

DOM. XLVII.

122. *Quæ eſt prima petitio?*

Sanctificetur nomen tuum: hoc eſt, Da principio, ut te recte agnoſcamus, & lucentem in omnibus operibus tuis omnipotentiam, ſapientiam, bonitatem, juſtitiam, miſericordiam & veritatem tuam veneremur, prædicemus & celebremus: Deinde, ut univerſam vitam noſtram, cogitationes, ſermones & actiones, eo ſemper dirigamus, ne ſanctiſsimum nomen tuum propter nos contumelia afficiatur, ſed honore potius & laudibus illuſtretur.

DOM. XLVIII.

123. *Quæ eſt ſecunda petitio?*

Veniat regnum tuum: hoc eſt, Regas nos ita verbo & Spiritu tuo, ut nos tibi magis magisque ſubjiciamus: Conſerva & auge Eccleſiam tuam: Deſtrue opera diaboli omnemque potentiam ſe adverſus majeſtatem tuam efferentem: Irrita fac omnia conſilia, quæ contra verbum tuum capiuntur: Quoad plene tandem ac perfecte regnes, cum eris omnia in omnibus.

DOM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 65

121. Διὰ τί δὲ προστίθεται· Ὁ ἐν οὐρανοῖς;

Ἵνα περὶ τῆς οὐρανίου τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητος οὐδὲν γήϊνον ἐννοώμεθα, καὶ παρὰ τῆς αὐτοῦ παντοδυναμίας πάντα τά τε σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ἀναγκαῖα προσδοκῶμεν.

122. Τίς οὖν ἐστιν ἡ πρώτη δέησις;

